Queritur vnde ſit aloes. Dico ꝙ ſit ex
ſucco herbe que zambana dicitur ⁊ eſt her
ba aloeſ. vnde aliqui dicunt ꝙ omnes tres
ſpecies ſiūt ex ſucco predicte herbe zamba
ne. ſcꝫ ſuccotrinus epaticus ⁊ caballinus:
⁊ aliqui dicunt ꝙ non. Sed contra ꝙ
ſi ſic eſſet vnde dicitur lignum aloes cū illa
herba non habeat ſtipitem neqꝫ lignum.

Dico ꝙ reperiūtur plures ſpecies aloes
vꝫ puta tres. ſ. aloes ſuccotrinus ab illa pro
uincia ſic nomiatus. ⁊ aloes epaticus quia
aſſimilatur epati in colore ⁊ ſubſtantia: et
iſte due ſpecies aloes ſunt puriores: ſed ter
tia ſpecies dicitur aloes caballinus ⁊ talis
aloes eſt ſicut fex aliis deterior: ⁊ ſit de pre
dicta herba zambana que nō habet lignū.

Alii dicunt ⁊ bene ꝙ lignū aloes non ē
lignū ipſius aloes ſed eſt lignum cuiuſdam
arboris paradiſi terreſtris: et venit hoc lig
num ad indiam per impulſionem fluuii pa
radiſi. ⁊ eſt dictus ad ſimilitudinem ipſius
aloes quia ſimilatur ei in colore et ſapore:
cum ipſum lignum ſit ſubnigrum ⁊ amarū
vt aloes. Et vltra hoc dicunt iſti et be
ne ꝙ omnes tres ſpecies ſiunt ex illa herba
zambana in diebus canicularibus eſtatis:
vnde primus ſuccus illius herbe cum coa
gulatur et exſiccatur in ſole dicitur ſuccotri
nus. Alius vero ſuccus ſcilicet ſecundꝰ
dicitur epaticus. tertius vero ſuccus qui ē
quaſi fex dicitur caballinus.

Alii dicunt ꝙ ſunt diuerſe herbe non in
genere ſed in bonitate differētes ex quibus
iſte tres maneries aloes ſiunt ſicut diuerſe
vue non in genere ſed in bonitate differētia
vina faciunt.

Quomodo cognoſcitur balſamū quan
do eſt bonum. Dico ꝙ cognoſcitur in co
lore odore ſapore ardore ⁊ pondere.

In colore quia eſt liquor aliqualiter ſi
milis oleo: ſed ē groſſior et viſcoſior ad ali
qualem rubedinem tendens. In odore:
quia eſt odoris aliqualiter rancidi non pla
cabilis. In ſapore qꝛ habet ſaporē pin
guedinis galline antiquate nō recētis et ar
det in gutture ac ſi eſſet oleum forte et anti
quum. In ardore quia ſi in oculiſ pona
tur vna gutta de eo tantū ardorem in ocu
lo generat ac ſilixiuium forte eſſet in oculo
per ſpacium vnius hore et vltra ita appa
reat ꝙ oculus ardeat et ꝙ velit exire ſed di
mittit viſum in eo ſtatu in quo reperit quā
do ponitur in oculo. In pōdere cognoſ
citur quia ſi vna gutta ponatur de eo in ci
ato pleno aque non ſpargitur ſicut oleum

Digitized by Google

in aquarimo conglutinatur et condempſat
ad modū vnius perle rotunde et imediate
petit fundum:⁊ vltra hoc cuſpide potes ip
ſam guttā ab ipis aqua retrahere quia ad
herebit cuſpidi ipſi⁹ cultelli et extrahitur to
ta gutta integra ab aqua illa.

Et nota ꝙ ad cicatrices ſubtiliandas et
remouendas perungendo eas cū balſamo
nil eſt ſublimius eo:ſed eſt in magno precio
nec habent de eo niſi potentes ⁊ magni do
mini quia in mundo non eſt niſi vna vinea
illarum arbuſtularū:que vinea eſt magni
ſoldani ſarracenoꝝ.

Quid eſt mel tabarzet quod intrat ī cō
fectione de zinziber. quam ponit Meſue
quia de zuccaro tabarzet verum eſt ꝙ ſit ⁊
reperitur. Dico ꝙ mel tabarzet eſt mel
album de celo cadens ad modū roris ſed ē
albius et aliqualiter dempſius quā ſit mel
apum et quaſi tendit ad naturam zucca-
ri.

Quomodo intelligitur illud quod pōit
meſue in deſcriptione ſirupi de acetoſitate
citri in fine recepte cum dicit Accipe ex eo
ſcilicet zucco lib.vij.⁊ funde ſuper ipſuꝫ ex
iulep claro depurato lib.v.de quo Iulep
intelligitur cū ipſe non ſpecificet. dico ꝙ in
telligitur de ſolo zuccaro clarificato et Iu
lepizato et ī forma iulep redacto.

Quomodo intelligitur hoc quod ſepe
dicitur ī receptis Mellis quod ſufficit aut
zuccari quod ſufficit. Et in vnguētis dicit
cere quod ſufficit Dico ꝙ intelligitur quan
titas conueniēs mellis vel zuccari que quā
titas valeat ſpecies vel pulueres cuiuſcun
qꝫ conditionis fuerit in ſe colligere et con-
ſeruare ita vt mel aut zuccarum nō ſit pau
cum ⁊ ſpecies multe aut pauce ſpecies et
multum mellis vel zuccari niſi de precepto
peritiſſimi medici vel doctoris aliter faciē
dum eſt. Conſimiliter de cera reſpectu
vnguentorum.dicendū eſt quando dicitur
cere ꝙ ſufficit quia aromatariuſ debet ſem
per proportionare ceram cū oleis quia p
duabus vnciis olei media.ʒ.cere ponenda
eſt.Sed quādo dicitur cere parum tūc in
telligas ꝙ debet eſſe vnguentum molle ita
ꝙ oleum debet ceram in aliquo ſuperare:
quia multa cera facit duriciem in vnguen
tis ⁊ pauca cera facit molliciem in vnguen
tis.

Et nota vlterius ꝙ ſicut aloes vt plurī
mū eſt materia pillularum faciens bonam
conglutinationem ſpecierum dans ei bonā
corporeitatē pariformiter.cera eſt materia
vnguentoꝝ faciens bonā conglutinationeꝫ
⁊ corporeitatem in eis.

De opio.

Si quis peteret vel interrogaret poteſt
ne fetor ab opio remoueri. Dico ꝙ ſic.
Et ſi queratur cū qua medicina vel cū quo
ſimplici.dico ꝙ cū alleo piſtando.ʒ.i.opij
cum duobus capitibus allei. deinde diſtil
letur hec mixtura per alembicū. ⁊ de iſta
aqua diſtillata detur in potu ſm diſcretio
nem quia mirabiliter prouocat ſomnum:⁊
erit ſine fetore:⁊ hoc pulchrū ſecretum non
eſt omnibus reuelandū. Et ſi quis hoc ſe
creto nepharie vſus fuerit preterq̄ ad opuſ
medici male dicatur adeo.

De pſilio.

Si quis quereret pſilium quod intrat ī
medicinis vtputa in electuario de pſilio et
in requie nicolai eſt ne calide complexionis
vel frigide. Dico ꝙ ſemen pſilij habꝫ du
plicē complexioneꝫ quia ex parte exteriori
ſcilicet in eius cortice eſt frigide complexio
nis.⁊ ex eius cortice fit mucillago pſilij. ⁊
talis mucillago que eſt frigide complexiōis
ponitur in electuario de pſilio : ⁊ in requie
nicolai que fit ad prouocandum ſomnum:
⁊ talis mucillago fit ponendo pſilium in in
fuſione in aqua tepida vel in alia aqua di
ſtillata ſm preceptū medici:⁊ non debet lō

Digitized by Google

go ſpacio ſtare in infuſione ſed conuenienti tempore: quia per longam infuſionem poſſet acquiri caliditas a ſubſtantia interiori que quidem interior ſubſtantia eſt calide compl͛exionis. Et ſic habes ꝙ pſilium eſt frigide complexionis quantum ad corticem: ⁊ calide complexionis quantum ad interiorem ſubſtantiam ⁊ medullam.

Sequitur ſecunda particula que tractat de declaratione nominum medicinarum compoſitarum in antidotario nicolai deſcriptarum.

Conſequēter

condeſcendendum eſt ad declarandum nomina medicinarum compoſitarum in antidotario nicolai deſcriptarum vt magis breuiter ⁊ ſubcincte ſignificatio earum nota ſit omnibus: ⁊ p̄cipue aromatarijs ⁊ alijs iuuenibus practicā incipientibus. Non ergo expectes hoc a me audire niſi declarationē vocabulorum ipſarum medicinarum valde compendioſe ⁊ non virtutes earum quia earum virtutes ipſe nicolaus ampliſſime ponit.

Nicolaus itaq; primo in prohemio ſui antidotarij dicit ꝙ ſi quis iterrogaret quot requiruntur in omni vera diſpenſatiōe. dicas tria. Primum eſt vt omnia equaliter ideſt conuenienter ponderentur tam in ſpeciebus quam in gūmis et herbis ſm̄ pōdus vniuſcuiuſq; rei.

Secūdo vt non ſint nimia temporis vetuſtate conſumpta.

Tertio vt herbe radices ⁊ ſemina congruis temporibus ſint collecta: ⁊ ꝙ in congruis locis repoſita conſeruentur ⁊ ab extrinſecis alterantibus corrumpi aut marceſſere non poſſint vtputa a fumo humiditate uel pluuia puluere vel ſole.

Quot requiruntur in cōficiendo.

Dico ſm̄ quod preallegato loco dicit nicolaus ꝙ tria requiruntur in conficiendo. ſcilicet mellis puritas ⁊ quantitas que ſufficit: et equalis ideſt conueniens ſpecierum ac pulueris trituratio ⁊ tribellatio ⁊ in ſyrupis aque conſumptionis decoctio.

Quare mel ponitur in medicinis.

Dico ſm̄ nicolaum ibidem ꝙ tribus de cauſis mel ponitur in medicinis. Primo ad conſeruandum nam preceteris liquoribus mel eſt maxie ꝯſeruatiuū. Secūdo q2 eſt valde modificatiuum. ideſt correctiuū malicie medicinarum ⁊ precipue ſolutiuarum. Tertio quia ſua dulcedine amaritudinē temperat ſpecierum.

Quot requiruntur in purificando vel decoquendo mel. Dico duo. Primo nō ſit parum coctum ne ſit aquoſum. Secundo ne ſit nimis coctum vſq; ad duriciem ſed mediocriter ⁊ ſit bene diſpumatum.

Cognoſcitur autem mel debite coctum quando adheret digitis ⁊ quando inſpiſſatur cū frigeſcit ſuper lapidem.

Ultimo nicolaus dicit in illo prohemio ꝙ ſpecierum aut pulueris trituratio vel cribellatio fit duobus modis: quia in electuarijs non ſolutiuis ſpecies debent ſubtiliſſime puluerizari ⁊ bene cribellari

In alijs vero medicinis ⁊ precipue laxatiuis debent eſſe groſſiores ⁊ nō ita ſubtiliter puluerizate ut ſui groſſitie moram in ſtomacho trahāt ⁊ ſic euacuentur: ne etiaʒ ſubtilitate ſui villis ſtomachi adherendo: eoſq; diſcidendo et excoriādo: diſſinteriaʒ generent vt ſcamonea euforbium et ſimilia.

Non laxatiue vero ſubtiliſſime terende ſunt vt ſui ſubtilitate citius incorporentur et ſuos effectus citiſſime conſequantur: Et hoc quidē plurimū eſt obſeruandum in cōfortatiuis et reſtauratiuis electuarijs.

Digitized by Google

Antidotariū eſt liber continens antidota: antidotū eni eſt cōtra datū.i. continens medicinas approbatas ⁊ experimēta contra morbos data. Et nota ꝙ antidotarium nicolai ꝓcedit ſm ordinē alphabeti: quia ponit primo medicamina incipientia ab.a. deinde ponit illa que incipiūt ab.b. ⁊ ſic ꝑ ordinē alphabeti vſqȝ ad.ȝ.

Aurea.A

Incipit ergo ab aurea alexandrina qd ergo ſignificat ⁊ vnde dicatur. Dico ꝙ aurea dicitur ab auro: alexandrina vero ab alexādro peritiſſimo philoſopho a quo fuit inuenta ⁊ compoſita:

Adrianū dictū eſt ab adriano romanorum imꝑatore qui illud compoſuit.

Acbariſtum ſine munere interpretatur qꝛ ſine munere paciētis ſanat catarrum.

Athanaſia.i.imortalis: qꝛ ſepius hoīes liberat ab extremis mortis.

Alcancolon.i. nuncium bonū.

Antimeron.i.contra mortem.

Antidotū emagogū.i.mēſtrualē ſanguinem educens ꝓuocat eni mēſtrua.

B

Blancha dicitur quoniā albos purgat humores.i.flegmaticos.

Benedicta dicitur: quia ab omnibus a quibus ſumitur benedicitur.

Benedicta tranſtiberina: quia tranſtiberim rome fuit inuenta.

C

Confectio alipte muſcate alipta.i.mixtura contra aſma.

Confectio galliemuſcate: gallie quia in gallia prouincia reperta fuit.

Confectio nere.i.precioſe medicine.

D

Dia.i.cōfectio.

Diamargariton dicit̄ a dia ꝙ ē cōfectio ⁊ duobus generibus margaritarū ꝑforatarum ⁊ non perforatarum.

Diacameron.i.ducēs hominē de morte ad vitam.

Diamoron: a moris celſi dictum. latine amoris rubi

Diantos dicitur quia fit ex floribus de olibano ideſt roſis marini.

Diaſatirion a radicibus ſatirionū dicit̄ ſatiriaſis enim grece latine virge erectio: quia facit homines potentes ad coitum et ⁊ incitat virge erectionem.

Diaprunis vel diamaſcenum a prunis damaſceni dicitur.

Diapraſſiū a praſſio viridi.i.marubio quod intrat in eo pluſq̄ de aliis.

Diaolibanū dr̄ ab olibano ꝙ ibi pōit.

Diarodon abbatis dicit̄ a roſis que intrant in eo pluſq̄ de aliis ſpecieb⁹ abbatis qꝛ ab abbate de curia fuit compoſitum.

Diapenidion dicitur a penidiis que ibi ītrant pluſq̄ de aliis.

Diaciminū dicitur eo quod de cimino intrat pluſq̄ de aliis ſpeciebus in eo.

Diadragātū a dragagāto ꝙ ītrat in eo

Diacaſtoreū dicitur a caſtoreo.i.teſticulis caſtoris aīalis qui in eo ingreditur.

Diacoſtū a coſto ꝙ intrat in eo.

Diayris dicit̄ a radice illa que yreos vocat̄ ⁊ eſt radix.ſ.lilioꝝ azurorum.

Diacalamentū dicitur a calamento qđ principaliter intrat in eo.

Diacodion a codione ꝙ eſt papauer nigrū ⁊ eius ingreditur compoſitionem.

Diaſena dicit̄ a ſena que ibi intrat pluſq̄ de aliis.

Diacitonitē dr̄ a citoniis ex q̄bus fit.

Diambra dr̄ ab ābra q̄ ibi recipitur

Diamicōis dr̄ a micodiōe papauere albo.

Diapapauer dr̄ a papauere albo ꝙ ibi ingreditur.

E

Exdra dicta ē ab exdra propheta qui eam compoſuit.

Electuariū ducis dr̄ ab abbate de curia qui eā cōpoſuit ad inſtātiam ducis.

Electuariū pluris arcoticon. ideſt completa medicina. dictum eſt.

Electuariū de ſucco roſis ab eodē ſucco

Digitized by Google

Electuariū frigidū coſtonis illius medici qui eū compoſuit

Electuariū pſiliticū apſilio dictum eſt.

Emplaſtꝝ.i.dura cōfectio apoſtolicon .i.ſupramiſſum.

Emplm ceroneū a cera ſic dictum.

Emplm oxicroceū dicit ab oxi quod ē acetū ⁊ croceum quod eſt crocus.

Emplm diaquilon.i.mollificans.

Empl3 de palma dr̄ qꝛ cu3 ſpiltula viridi vel cū palma ꝯficit. F

Filoantropos amic⁹ hoīs vel miſericorſ filoniū.i.nou⁹ amic⁹. interptat. G

Gariofilatū dr̄ a gariofilis qui ibi intrant.

Gios otheos.i.fili⁹ dei. I

Igia greca igia.i.ſaluatrix greca a grecis inuenta.

Idrotipion olimpiacū: ydrotipiō.i.potus ꝯtra rigorē.olimpiacū ab olipio phō ⁊ medico eius inuentore.

Juſtinū a iuſtino ipatore factū ⁊ inuentum. Iz.

Izatarticon ipiale .i.laxatiuū p ipatorib⁹ vel p aliis delicatis hoib⁹. L

Litontripō.i.cōterēs ⁊ frangēs lapides interpretatur.

Leticia dicta eſt quoniā triſticiā auferēdo ſlaritatē ⁊ gaudiū adducit. M

Metridatū. hec eſt mr̄ oium antidotorum.vel dr̄ a metridato rege q eū ꝯpoſuit.

Muſa enea a pitiſſimo phō muſa iuēta

Mideta.i. expta.

Mel ro.appellatur a grecis rodomel.

Mofrogatariū.i.purgās renes O.

Oppopira: dicit a ſucco ⁊ igne.oppo.n grece latine ſuccus: ⁊ pir grece latine ignis: inde oppopira.i.ſuccus ignitus: ⁊ hoc electuariū cōpoſitū eſt a ſanctiſſimis medicis coſma ⁊ damiano.

Oxi dr̄ ab acetoſo ſucco maloꝝ granatoꝝ

Oxizacara dr̄ ab oxi quod eſt acetum ⁊ zuccaro.

Oximel compoſitū ſimiliter dicitur ſed compoſitū qꝛ multe res in eo ingrediuntur

Oximel ſquilliticū ab aceto melle ⁊ ſqlla dicitur.

Oximel paſſulatū ab aceto melle ⁊ paſſulis dicitur.

Oleum ro.dicitur ab oleo ⁊ roſis in eo ingredientibus.

Oleū mandragoratum.ab oleo ⁊ ſucco pomoꝝ mandragore dicitur.

Oleū frigidiſſimū viride dr̄ ab herbis frigidis ⁊ viridib⁹ q̄ in eo ingrediuntur.

Potio ſci pauli dr̄ qꝛ ſcūs paulus ea3 compoſuit.

Paulinū antidotū:paulinū.i.magnum antidotū.i.cōtra datū:qꝛ magnā virtutem ⁊ efficaciā habet ad multa.

Pan xp̄m antidotū.i.totum xp̄3.i.criſmate vnctum.i.contra datum.

Potio muſcata a muſco dicta eſt:

Pigra galieni.pigra.i.amara a galieno inuenta.

Pillule ſine qbus eſſe nolo:pille a rotūditate dicūtur:ſine quibus eſſe nolo ꝓpter nimiā eoꝝ efficaciā ⁊ virtutem.

Pillule auře ad ſilitudinē auri:qꝛ ſicut aurū inter oīa metalla eſt precioſius ſic pillule iſte inter oēs p̄cioſiores. habentur.

Pille diacaſtoree a caſtoreo dicte ſunt

Pillule de cinagloſſa:a cinagloſſa herba dicte ſunt.

Pille de quiq3 generib⁹ mirabolanoꝝ ab ipſis mirabolanis denoiate ſunt.

Pill.arthetice.i.mēbroꝝ artus.n.grece

Pill.bichichie de latine mēbꝝ. preſſe ⁊ nō rotūde: ⁊ ſūt lenitirie ꝯtra tuſſi3: tenent.n.ſub lingua ⁊ paulati degluciūtur ⁊ fiunt in forma lupinorum.

Pill.fetide dicte ſūt qꝛ fetidos ⁊ corruptos humores educūt vel qꝛ aliqua fetida in eis ingrediūtur vtputa caſtoreū ſerapinū oppoponacū:ſucc⁹ porroꝝ cū quo ꝯficiūt.

Pillule cochie.i.capitales.

Pill.de hermodactil ab ipis noiantur

Pill.aſſaiareth ſm Auicē. aſſaiereth.

Digitized by Google

ideſt capitales ⁊ ſunt leues ⁊ bone.

Quadrumeon.i.medicamen ex quatuoꝛ rebus.

Roſata nouella a roſis dicta: nouella reſpectu veteris: que recipiebat ſulfur viuū

Rubea trociſcata: rubea dicitur ab ipō coloꝛe: trociſcata a trocis: qui ibi repiūtur.

Requies dicitur ab effectu quem inducit: quia requiem ſempiternam ⁊ quietem pacientibus affert:

Rodozaccara.i.zuccarum ro. a rodon quod eſt roſa: ⁊ zaccara quod eſt zuccaruz inde rodozaccara.i.zuccarum roſatum.

Rodomel.i. mel roſatum a radon qđ eſt roſa. ⁊ mel.i.roſatum.

Sotira ſaluatrix interpꝛtatur.

Sal ſacerdotale: dictum eſt quia eo vtebantur ſacerdotes tempoꝛe heliē ꝑphete.

Syꝛupuſ dicitur a ſir quod eſt cōfectio ⁊ opo zuccus. Inde ſyꝛupus.i. liquida cōfectio de ſuccis.

Stomaticon.i.confoꝛtatiuum ſtomaci: ⁊ reperitur etiam ſtomaticon laxatiuum. ſtomachi. ⁊ diuiditur: quia quoddam ē ſtomaticon calidū: ⁊ quoddā frigidum.

Tyꝛiacha magna galieni: quia galienꝰ eam compoſuit. Dico ꝙ non eſt verum ſalua pace nicolai: quia adromacus ſingularis medicus eam cōpoſuit. Et cum dixit viteriꝰ ꝙ tyꝛiacha dicitur a trociſcis de tyꝛo qui in ea reperiuntur. Dico ꝙ non eſt veꝝ: quia ſunt alie tyꝛiace que tamē nō denominantur a tyꝛo: quia trociſci de tiro eas non ingrediuntur: vt tiriacha diateſſeron: ⁊ tyꝛiacha diaſcoꝛidis: ⁊ tyꝛiacha exercitualis ⁊c. vnde tyꝛiacha dicitur quaſi medicina cōtra venenū ⁊ dr̄ domina medicinaruz: ut ſupꝛa declaraui.

Tyꝛiacha diateſſeron.i.de quatuoꝛ rebus.

Tyꝛiacha exercitualis.i. ꝑ conſeruando exercitu gentium: contra coꝛruptionem aeris ⁊ epidimiam.

Tyꝛiacha diaſcoꝛidis fit ex vnica vna ⁊ tribus cimis rute: ⁊ duabꝰ caricijs cōtra peſtem ⁊ epidimiam

Trifera ſarracenica: trifera dr̄ quia hominem iuuenem reddit: ſarracenica: quia a ſarracenis inuenta ⁊ deſcripta eſt.

Trifera magna dicitur quia fructū magnum confert mulieribus ⁊ ꝑpꝛie matricibus earum quando doloꝛem matricis patiuntur: dando eis cuz vino decoctionis arthemiſie.

Trifilon.i.de folijs ruthe viridis.

Triaſandali dr̄ a tribus generibus ſandaloꝝ que ponuntur in eo.

Thedoꝛicon dicitur a deo datū. yperiſtum.i.bene expertum.

Theodoꝛicon dr̄ a deo datum: anacardinū ab anacardis qui in eo reperiuntur.

Trociſci diatodon: trociſci.i. rotūda cōfectio: diarodon.i.de roſis

Trociſci diani.i.a violis qui in eis intrant.

Trociſci ydiocri ſic dicti a compoſitoꝛe qui ydiocrus dicebatur.

Trociſci croci: a cocro.

Trociſci ſquilliticí: a ſquilla.

Trociſci tyꝛi: a tiro ſerpente.

Trociſci diacoꝛalli: a coꝛallis.

Trociſci camphoꝛati: a cāphoꝛa dicti

Reliquе ſpecies trociſcoꝝ nicolai clare ſunt. ⁊ non indigent expoſitione.

Uomitus nicolai id eſt vomitiuum a ni colao compoſitum.

Uomitiuum patriarcha: a patriarcha. qui ipm compoſuit.

Unguentum marciaton a marciatone medico inuentum.

Unguentum citrinum: dicitur quia ī pomo citrino decoquitur.

Unguentum populeon: quia fit de oculis arboꝛis: que populus nominatur. ⁊ fit ī tempoꝛe veris.

Unguentum agripa dr̄ quia eo agripa rex iudeoꝝ vtebatur.

Unguentum arragon.i.adiutoꝛium.

Digitized by Google

Unguentum caliſtum malaſticum dial
tee caliſtum.i.calidū:malaſticum.i.molliſi
catum.dialtee dicitur a duabus ſpeciebus
radicum euiſci: vel altee que in eo ingrediū
tur

Unguentum aureum dictum eſt per ex
cellentiam:quia ſicut aurum eſt precioſius
inter metalla:ſic vnguentum iſtud inter ce
tera vnguenta.

Ung entum laxatiuum quia vnctio ex
eo laxat:ſicut medicina laxatiua.

Unguentum fuſcum.i.nigꝝ.

Unguentum albū a ceruſa alba que in
greditur

Unguentum viride dictum eſt a viridi
eris qui in eo igreditur.

yeralogodion memphitim.yera.id eſt
ſacra.logos.i.ſermo memphitum.i.impe
ditio:quia hoc yera curat impedimentum
ſmonis ⁊ locutionis.

yera ruffini ab auctorē qui eam compo
ſuit.

yera pigra galieni ab ipō galieno.

yerapigra conſtantini:a conſtantino me
dico ſic dicta eſt.

yerapigra abbatis ab abbate de curia
qui eam compoſuit.

yerapigra conſtantini dicta ab auctore
cōſtantino qui eam cōpoſuit.

zinziber conditum.i.zinziber viride con
ditum.

Notandum vlterius ꝙ non eſt mirandū
ſi hic non ſunt collecta omnia electuaria:⁊
pillule. ac ſyrupi.trociſci ac confectiones.
⁊ etiam aliqua plura que ponit Nicolaus
quia in aliquibus antidotarijs reperiuntur
⁊ aliquibus pauciora.Sufficit ergo ꝙ hic
ſunt famoſiora ⁊ vtiliora.

Sequitur tertia particula.

Incipit tertia particula de doſibus ⁊
ponderibus:ac de eoꝝ nominibus et diffe
rentijs ſm cōmunem vſum medicorum mo
dernorum.

r Eſtat amo
do de doſibus ⁊ pondert
bus:ac etiam de earum no
minibus ⁊ differentijs dili
gentiſſime pertractare ſm communē vſum
medicorum modernorum: quia multa plu
ra reperiuntur que ſunt antiqua ⁊ ſpernēda
quia non ſunt in vſu. Si ergo aliqs do
ctus medicus examinauerit aromatarium
inquirendo:quid eſt doſis reſpondeat ſic.

Dico ꝙ doſis eſt limitata menſura:vel
pondus alicuius rei medicinalis.ſimplicis
vel compoſite.ſ.ſpecieꝝ: aut herbarum ſe
minum vel radicum electuarioꝝ pillularū
vngnentoꝝ ⁊c. Uel melius ſic diffinitur
Doſis eſt limitata menſura : vel quantita
tis ſimplicis vel compoſite:medicine ſoluti
ue vel alteratiue:que de ſe apta nata ē face
re ſufficientem operationem:nec diminutā
neqꝫ ſuperfluam. Et notanter dico de
ſe:quia ratione corporis vel humoris quā
doqꝫ potes facere ſuperfluam vel diminu
tam operationem.

Quid intelligitur quando in receptis
ponitur ana. Dico ꝙ ana ē dictio arabi
ca:et tantum importat quantum equaliter

Quid eſt hoc quod in antidotario Ni
colai in aliquibus diſpenſationibus electu
arioꝝ vel confectionū ⁊c. dicitur medicus:
eius ē lb.i.ſ.qualiter hoc intelligitur.

Dico ꝙ repiuntur duo antidotario Ni
colai.ſ.magnum.et dicitur Nicolaus mag
nus:et paruum:et dicitur nicolaus paruus
et iſto vtimur cōmuniter. Unde nota vl
terius ꝙ in nicolao magno ſunt deſcriptio
nes electuarioꝝ vel confectionū et aliarum
rerum: In Nicolao paruo ſunt dimidiata
in doſi et minorata et aliquando ſm tertiā
partem diſpenſata:et ideo dicitur aliquan
do in nicolao paruo. Medietas electuarij
deſcripti in antidotario maiori ipius nico
lai.et eſt lib.ij. Ex quo ſequitur ꝙ deſcrip
tio integra eiuſdē electuarij in nicolao maio

Digitized by Google

ri eſt.lib.iiij.⁊ ſic de alijs dicitur. Et lʒ hec reſponſio communiter aſſignetur a multis: mihi tamen minime placet: quia eſt ſine ratione.

Nota etiam ꝙ in nicolao maiori reperiuntur multa plura ātidota ⁊ electuaria pillule: ⁊ confectiones ꝛc. ꝗ in nicolao minori: illa tamen que ſunt in nicolao minori: ſunt etiam in nicolao maiori.: ⁊ ſm maioreʒ doſim: ⁊ non econuerſo.

Primo igitur queritur quot ſunt pōdera viſualia: ⁊ nomina eorum: que aromatarij tenentur ſcire: ⁊ quibus medici ⁊ aromatarij quotidie vtuntur:

Dico ꝙ pondera vel menſure: que in arte medicinali reperiuntur hec ſunt: que ſubtili ingenio ⁊ ſolerti ſtudio ac ſumma ordinauimus diligentia: ad opus aromatariorum. ⁊ doctrina omnium in arte medicinali ſtudere volentium: ut hijs ponderibꝰ omnes medicine: tam ſimplices ꝗ compoſite valeant ponderari.

Incipiamus itaqʒ a ſcropulo. Cuiꝰ hec ē figura.℈.aſcendendo vſqʒ ad libram que ex duodecim.℥.integratur Sed añ videamus de granis: ex quibus ſcropuli ⁊ dragme: ⁊ alia pondera integrantur.

Unde ſi queratur quare pondera medicinalia ſunt per grana frumenti collecta: ⁊ menſurata ab ipſis medicis.

Dico ꝙ ideo factum eſt: ne forte per pōdera artificialia interduʒ medici: ⁊ aromatarij decipiantur: ⁊ ideo tucius ⁊ ſecuriꝰ fuit fundamentum ⁊ ſtabilitatem habere ex aliqua re naturali: ſicut eſt triticum ſeu frumentum: menſurando cum prefato tritico: omnia pondera. ſcilicet ſcropuli: dragme. vnciam. libram. ⁊ conſimilia: quia ſic faciēdo ſi omnia pondera artificialia ex plumbo vel ex ere: vel ex alio metallo facta perderentur: vel ſi in aliquo deficerent: tūc poſſumus per grana tritici que naturalia pondera ipa artificialia pondera emenſurare ac renouare: ⁊ de nouo fabricare ⁊ equare

Nota etiam ꝙ grana tritici ſunt ſm diuerſas prouincias maiora vel minora: ſeu groſſa vel minuta.

Medici autem ⁊ aromatarij pro faciendis ponderibus debent eligere mediocria: ⁊ ex illis facere pondera de plumbo: aut de ſtagno: uel alio metallo.

Si queratur quid eſt ſcropulus: ⁊ quot ſcropuli faciunt vnam dragmam. Dico ꝙ ad propoſitum redeundo ꝙ ſcropulus ē tertia ps dragme: ⁊ eſt pondus viginti granorum tritici.

Quid eſt dragma. Dico ꝙ tres ſcropuli faciunt vnaʒ dragmam: ⁊ ſic ipſa dragma eſt pondus.lx.granorum tritici: cuius dragme hec ē figura.ʒ.

Quid ē exagium: exagium eſt pondus vnius dragme cum dimidia ſic eſt pondus lxxxx.granorum tritici: ⁊ dicitur ab a.ꝙ ē ſex.⁊ gios menſura: quia ſex exagia faciūt ⁊ menſurant vnam vnciam.

Quid eſt ſolidum. Solidum differt ſolo nomine ab exagio: quia tantum valet quantum exagium.

Quid eſt aureus: aureus etiam eſt pondus vnius dragme cum dimidia: ⁊ eſt idē cum exagio ⁊ ſolido. Item ſex exagij faciunt vnam vnciam: ⁊ ſex aurei faciunt vnā vnciaʒ.

Quot dragme faciunt vnam vnciam:

Dico ꝙ nouem dragme faciunt vnam vnciam: ⁊ hoc ſm Salernitanos. Aliter etiam ſentiunt Paduani doctores: quia faciunt vnciam ex octo dragmis.

Neapolitani uero faciunt vnciaʒ ex decem dragmis.

Cōmuniter tamen tenetur ꝙ vncia conſtat ex nouem dragmis.

Uncia autem ſic figuratur.℥. Et ſic vncia paduana eſt minor vncia ſalernitana

Digitized by Google

quia illa eſt ex octo dragmis: ⁊ iſta eſt ex nouem dragmis: ⁊ eſt minor illa que eſt ex decem dragmis.

Queritur ex quot granis conſtat vncia tenendo igitur ut communiter tenetur ꝙ vncia vna conſtat ex nouem dragmis: ⁊ quelibet dragma conſtat ex.lx.granis. ſequitur ꝙ vncia conſtat ex.cccccxl.

Quid eſt libra: ⁊ ex quot vncijs conſtat libra vna. Dico ꝙ conſtat ex duodecim vncijs.⁊.cviij.tertie faciunt vnam libram.

Et ſi queratur quot grana faciunt vnam libram. Dico ꝙ.MMMMMMcccclxxx.faciunt ⁊ integrant vnam libram.

Quid eſt ſextarium medicinale. Sextarium eſt pondus duarum librarum cum dimidia. Unde quando reperitur in receptis medicinale ſextarium vini uel olei: uel aceti quod intrat in medicinis intelligitur lib.ij.ſ.

Quid eſt cotula. Similiter cotula ſolo nomine differt a ſextario: quia eſt pondus duarum librarum cum dimidia: ſicut eſt ſextarium. Sed aliqui faciunt differentiam inter cotulam ⁊ cotilam: quia cotula eſt pōdus.lib.ij.ſ.ut dictum eſt. Sed cotila eſt pōdus nouem vnciarum.

Quid eſt obulus: obulus eſt pōdus medii ſcropuli: uel ſm alios eſt quita pars vnius dragme.

Quid eſt biſt. Eſt pondus vnius libre cum dimidia. Quid eſt emina. Emina eſt pondus trium librarum: vel ſm alios verius. Emina eſt pondus vnius libre ⁊ vnciarum trium.

Quid eſt calculus. Calculus eſt pondus duorum granorum ciceris: ⁊ eſt quarta pars obuli. Unde quatuor calculi faciunt vnum obolum: ⁊ duo oboli faciunt vnum ſcropulum.

Quid intelligitur per grana quando reperitur in receptis grana duo: vel grana quinque.

Dico ꝙ intelliguntur grana tritici: niſi aliter exponeretur per medicum diſpenſantem ipſam receptam: verbi gratia ſi dicetur grana.v.ordei.

Quid intelligitur per manipulum. dico quod per manipulum intelligitur in receptis quantum poteſt manu capi: verbi gratia dicendo. Recipe Camomille manipulum vnum intelligitur quantum poteſt manu capi.

Qui[d] eſt ſatil. Eſt pondus duorum ſextariorum.

Quid ē kirath. kirath eſt pondus trium granorum.

Qu[id ē k]amech. Kamech eſt pondus ſex kirath.

Quid ē carmes. Eſt pondus vnius grani ordei.

Quid eſt danich: ē pondus ſex granorum ordei.

Quid eſt ſacraiati: ē pondus vnius aurei cum dimidio.

Quid ē anuluſatb. anuluſatb ē pondus conſimile illi ſm aliquos: ſed ego non credo quia aliter repi.

Quid ē arſinium ē pondus dragme medie.

Quid ē de. camich. ē pondus.ʒ.i.

Quid ē darchiminum. darchiminum ē pondus.ʒ.ſ.

Quid ē bathath. bathath ē pondus nouem granorum.

Quid ē raſicii. ē pondus.℈.i.ſ.

Verſus.

Audi letando quid dicam verſificando.
Collige triticeis medicine pondera granis
Grana quater quinque: ſcropuli pro pondere ſume.
In dragmam ſcrupulus iter ſurgit multiplicatus.
Si ſolidum queris: tres dragmas dimidiabis.
Exagiū ſolido: differt in nomine ſolo:
Aureus exagio ſolidoque pariſicatur.

Digitized by Google

Conſtat ſex ſolidis: vel ter tribus vncia dragmis.
Vncia pars libre duodena quis ambiget idem.
Si queras pondus quod habet ſextarius vnus.
Librarum quinqꝫ pondus debet mediare.
Cotula ſextario differt in nomine ſolo.
Continet eminas ſextarius vt puto binas.
Ut fertur obolus ſemi ſcropulus eſſe ꝓbatur.
Cetere menſure non ſint tibi nomine cure.
Nam quia ſunt ficta ſordeſcunt: ſuntqꝫ relicta.
Non eris illuſus: ſi tenes quod tenet vſus.

Sequitur quarta particula que docet moduꝫ conficiendi omnia neceſſaria ī qualibet aromataria.

d **Icendum eſt** deinceps vt aromatarii ſint bene docti ⁊ experti in conficiendo confectiones: ⁊ electuaria: quot ſpecies ſunt ponende pro libra mellis vel zuccari: ⁊ quanta cera pro libra olei in vnguentis. Et dicendum eſt aliquid de ſyrupiſ Julep: ſacculis cordialibus: ⁊ emplaſtris ꝯſimilis cerotariis: ⁊ quāta cera pro libra olei eſt ponenda ⁊ de commixtione aquaꝝ cum ſyrupis: ⁊ de quantitate decoctionis ī cliſteriis.

Queritur quot ſpecies ſunt ponende ꝓ libra mellis. Dico ꝙ in cuiuſcunqꝫ electuarii de melle compoſitione: vel alterius liquide confectionis ex melle. Regula ē pro quacunqꝫ libra mellis ponantur. ʒ. ii. ſpecierum: ſed aliqui ponunt interdum pro quacunqꝫ lib. mellis. ʒ. iii. ſpecierum. ⁊ hoc forte habet verum in laxatiuis: ⁊ tempore hiemali: quia in hieme ponūtur plures ſpecies ꝙ in eſtate.

Queritur quot ſpecies ponuntur pro libra zuccari: in ſolida confectione. Dico ꝙ in ſolida confectione de zuccaro ponuntur. ʒ. vi. vel. viii. ad plus ſpecierum pro libra. Sed in confectionibus ſolidis cordialibus. ſufficit. ʒ. 5. ſpecierum pro vna libra zuccari: quia multitudo ſpecierum deſtruit aliquando ſaporem confectionis: ⁊ guſtum infirmi vel etiam ſtomachum ſani hominiſ nauſeat.

Nota ꝙ ſunt alique cōfectiones zuccari in quib⁹ ponūt. ʒ. iii. ſpēꝝ: ut ī diaſatirione

Querit̄ de ſyrupis ꝗtū mellis vl̄ zuccari ponitur ꝓ lib. aque vel decoctionis. Dico ꝙ in compoſitione ſyrupoꝝ in quacūqꝫ lib. aque vel decoctionis ponitur lib. 5. mellis vel zuccari.

Querit̄ ſimiliter de Julep. ꝗtū de zuccaro debet poni pro quacunqꝫ lib. liquoriſ Dico ꝙ in compoſitione Julep ī quacūqꝫ lib. liquoris debēt poni: ʒ. viii. zuccari vel. ʒ. vi. ⁊ aliquando. ʒ. v. aliqñ. ʒ. iiii. ſm quod magis dulce aut minus dulce vis facere. Et repitur Julep longum. i. aquoſum modice decoctionis: ſed non diu duāt

Aliud eſt Julep dēpſum ⁊ magis cōpactū: qꝛ magis coctū ⁊ tale diutius durat.

Queritur quot ſpēs dꝫ poni in ſacculis cordialibus: vel ſtomachalib⁹ qui ſunt de ſindone. de grana vel de ſcariato. ponit̄ cōmuniter. ʒ. i. vel. ʒ. i. 5. ad plus.

In exterius applicandis ut emplaſtris ⁊ ſacculis. ſemper herbe limitātur ⁊ doſantur ꝑ manipulos.

Querit̄ quomodo fiūt ꝯſue. Dico ꝙ ī cōpoſitiōe ꝯſue roſate diaboroginate mel violate: ſi velis bonā ꝯſuā facere debes ponere lib. i. zuccari. ꝓ dimidia lib. roſ: vl̄ alioꝝ floꝝ. piſtādo roſas rubeas electas: cum zuccaro ſil̄ ī mortario: vl̄ violas aut alios flores. deinde ꝑdicta conſerua ad ſolem curanda eſt diebus pluribus.

Queritur ꝙ ſpecies debēt poni in cerotarijs. Dico ꝙ in mediocribus ſemꝑ ponuntur tres vel quatuoꝛ.ʒ.ſpērum: ⁊ quodlibet cerotum ſi eſt magnum debet eſſe triū vnciaruȝ. Si mediocre duaꝝ vnciaꝝ. Si paruum vnius vncie.

Queritur quanta cera debet poni pꝛo lib. olei in vnguētis. Dico ꝙ in compoſitione vnguentoꝝ. p.ʒ.ij. olei ponit̄ cōmuniter.ʒ.ſ.cere. Unde pꝛo lib.i. olei ponūt̄.ʒ. iiij. cere.

De ſpeciebus vero: vel de pluribus in vnguentis ponimus ſm opoꝛtunitatem vel ſm ꝙ volumus facere vnguentum durum vel molle.

Queritur de pulueribus q̄tuȝ debem᷒ dare de pulueribus in potu. Dico ꝙ de pulueribus damus abſolute.ʒ.i. vel.ʒ.i.ſ. vel.ʒ.ij. Et aliquando.ʒ.ſ. cum vino: aut cum aliqua decoctione appꝛopꝛiata: vel cum aqua diſtillata: ⁊ plus ⁊ minus ſꝫ etatem ⁊ virtutem egri: ⁊ ſm ꝙ puluis ē ſolutiuus.

Si quis quereret quare ſyꝛupi dantur cum aquis vel cum decoctionibus ſimul commixti. De Syꝛupis dico ꝙ non dantur cōmuniter ſine aquis vel ſine decoctiōibus appꝛopꝛiatis: quia Syꝛupi commixti cum aquis efficiuntur magis liquidi: ⁊ etiā melius penetrant ad membꝛa: ⁊ poſſunt melius tranſglutiri

Sed nota vlterius ꝙ melius eſt ponere plus de ſyꝛupis: ⁊ minus de aquis q̄ ↄtrario: quia maioꝛem moꝛam trahunt ī ſtomacho ⁊ epate: ⁊ ſic melius digerunt materiam peccantem q̄ ſi plus de aqua poneretur: quia cum multa aqua: vel cum multa decoctione ſunt liquidioꝛes ⁊ citius tranſeunt a ſtomacho ⁊ ab epate. vnde debemus tantam aquam ponere quanta ſufficiat ad tranſglutiendū ſyꝛupum. Sed aduerte ꝙ ſi volueris aliquem ſyꝛupum Julepizar̄ vel clarificare tunc debes ponere de aqua magis ⁊ minus de ſyꝛupis.

Nota ꝙ longe melius operantur ſyꝛupi turpidi.i. non clarificati: q̄ ſyꝛupi clarificati ⁊ Julepizati: ſed aliquando ad complacētiam egroꝝ: ut ſyꝛupi pulcrioꝛes appareāt neceſſe eſt eos clarificare ⁊ Julepizare quare ꝛc.

Nota vlterius ꝙ de ſyꝛupis ſm communem pꝛacticaȝ exhibemus.ʒ.i.ſ. ⁊ tantumdem de aquis: vel ad plus.ʒ.ij. de aquis vl̄ loco aquaꝝ decoctiones ſimul commiſcendo cum ſyrupo.

De cliſteribus.

Queritur de cliſterijs quanta quantitas decoctionis debꝫ adminiſtrari: ⁊ q̄ta q̄titas olei: ⁊ quanta quantitas caſſie: vel perepigre vel benedicte: ⁊ alioꝛum electuarioꝛuȝ. Dico ꝙ menſura decoctionis adminiſtrando in cliſterijs eſt quantitas vni᷒ libꝛe cū dimidia.ſ.xviij.ʒ. ⁊ ſal.ʒ.i. ⁊ olei ʒ.iiij. ⁊ caſſie.ʒ.i. ⁊ perepigre ⁊ benedicte ſm opoꝛtunitatem ⁊ etatem ac virtutem ꝙ aliquādo ponimus.ʒ.i. aliquando.ʒ.ſ.ꝛc. Et hoc totum intellige ſm magis ⁊ minus ⁊ ſm etatem ⁊ complexionem: quia in viriſ ⁊ mulieribus foꝛtis complexionis pꝛedicta quantitas decoctionis ſalis ⁊ olei et alioꝝ eſt conueniens quantitas. Sed in pueris et debilibus ac delicatis debet eſſe minoꝛ quantitas.ſ. ſub dupla: quia medietas ſufficit. In infantibus vero ſufficit quātitas vniuſ ciati in cliſteribus eoꝝ ꝛc: et oīa fiant ſm pꝛudentiam et diſcretionem peritiſſimoꝝ doctoꝝ: quia ſola diſcretio facit medicum ſecundo colliget aueroys.

Sequitur quinta particula que docet: quo tempoꝛe ſunt colligendi floꝛes. herbe. ſemina. folia. ac radices et ſimilia.

I queratur

quo tempoꝛe ſunt colligendi ab aromatario floꝛes. herbe. ſemina: ac radices.

⁊ vbi ſunt exſiccandi ⁊ quo tpe ſunt aque diſtillande. Dico ꝙ in vere ſcilicet menſe aprilis ⁊ maij ſunt primo herbe: ſecūdo flores colligendi.

Semina vero ſunt colligēda in eſtate.ſ. de menſe Junij vel Julij quia tunc ſunt cōpleta. Radices vero in autūno ſunt colligende: quia tunc folia ſemina ceciderunt vel ſunt exſiccata ⁊ tunc tota virtus herbarum eſt repoſita in radicibus. Dico vlterius ꝙ herbe ſunt exſiccande ad vmbraȝ ſemina vero ad lentū ignem ſiue ſolem.

De radicibus vero diſtingue qꝛ quedā ſunt ad ſolem exſiccande ſicut ſūt radices magne valde groſſe ⁊ denſe ſubſtantie: vt radix brionie: reupontici: genciane mandragore ⁊ ſic de conſimilibus. Sed radix yreos: petroſillini: apij: feniculi: gariofilate: aſſari ⁊ conſimiliū quia ſūt rarioris ſubſtantie debent ad vmbram exſiccari.

Et omnia predicta ſcilicet herbe flores ſemina ⁊ radices nunquā ſunt reponenda niſi ſint debito modo ⁊ congruo tempore exſiccata alioquin putreſcerent. Et cauēdum eſt ne reponātur ad fumū vel ad ſoleȝ aut in loco humido vel puluerulēto qui putreſcerent ⁊ virtutē amitterent ⁊ debent cōſeruari dicte herbe in ſacculis de lino.

Semina vero ac flores ⁊ radiceſ in ſacculis ⁊ omnes ſeorſum ⁊ ſigillatim de per ſe conſeruentur.

Sequitur alia doctrina magiſtri arnaldi de villanoua quibus temporibus debēt colligi flores ſemina radices ⁊c.

Notandum eſt

vlterius ſm doctrinam Raynaldi de villanoua in quodā ſuo libro de ſimplicibus ꝙ ad hoc vt ipſe herbe ac flores radices ⁊ ſemina habeant ſingularem virtutem ⁊ proprietatem ad morbos ſunt colligēda ſm diuerſa ſigna zodiaci: verbigratia duodecim ſignorū zodiaci: quedā ſunt mobilia ſcilicet quattuor vt aries cancer libra capricornꝰ: ⁊ in iſtis ſignis mobilibus colligende ſunt herbe: ſucci ſemina ac radices laxatiue: qꝛ felicius ⁊ citius operabuntur: verbigracia de herbis vt mezereon: ſena: laureola de ſeminibus vt ſemen cartami: ſemen laureole. De ſuccis vt ſcamonea ſuccus yreos ⁊ cucumeris ſilueſtris. De radicibus ut turbit: eſula: reubarbarū ⁊ conſimilia.

Quedā vero alia ſigna ſcilicet alia quatuor ſunt ſtabilia ſeu fixa.ſ. ſcorpio: leo taurus et aquarius: et in iſtis ſignis colligende ſunt herbe ſucci radices ⁊ ſemina ſtiptica: ⁊ conſtrictiua quia ſic melius operabunt contra fluxum ⁊ contra diſſinteriā ⁊ vomitum: verbigratia de herbis vt plātago virtus: filices de ſuccis vt ſuccus citoniorum: accacre: ſuccus mirtillorum. De radicibus vt radices filicū: de ſeminibus ſtipticis coriandrum: ſemen mirti ⁊ ſemen roſe ⁊c.

De fructibus vt ſorbe: citonia granata pira neſpula ſumach gallo ⁊ ſimilia.

Quedam alia vero ſigna zodiaci.ſ. reliqua quatuor mediocria.ſ. neqȝ ſtabilia neqȝ mobilia ſed media.ſ. virgo ſagittarius: gemini ⁊ piſces in quibus colligende ſunt herbe radices ſemina que nec ſunt ſolutiua nec ſtiptica vt feniculus apium arthemiſia abrotanū: menta ⁊ eorū ſemina. Et qꝛ iſta doctrina eſt nimis ſpeculatiua pro aromatarijs. ideo dimittatur peritiſſimis doctoribus medicine qui tenent habere noticiam aſtrologie: alioquin male curabunt egros.

De herbis.

Oportet ꝙ colligantur in tempore ſereno et claro non ventoſo. Et oportet ꝙ nō colligātur niſi in fine bonitatis ⁊ maturitatis earū in ſuo tempore. nō quādo ſunt iam vetuſte ⁊ conſumpte propter aliquam infirmitateȝ earum ⁊ herbe que colliguntur in terris mōtuoſis duris ſūt fortioris virtutis quā que colliguntur in vallibus ⁊ in terra pingui et

in viridarijs et oꝛtis. Et opoꝛtet ꝙ eligas ex herbis que ſunt plus ramoſe ⁊ que ſunt complete cū ſeminibus ſiccis ſicut debent ſicut ſticados mentaſtri meſir ideſt diptamus ⁊ aſach ideſt tribulus marinus ⁊ yſopus et ſimilia. Et floꝛes opoꝛtet colligi antequā cadant. vt flos alcāne camomille viole ʒabathi. ideſt yſemini et ſimilia.

Sed tempus colligendi fructus eſt quādo ſunt boni maturi ſicut vue et ficus dactili pꝛuna pira ⁊ ſimilia. Et ſemina opoꝛtet colligi quando incipiunt exſiccari et cadere et antequā cadat ſuper ea aqua que illa deſtruat. Et tempus colligendi radices et ramos et coꝛtices eſt quādo incipiunt cadere folia eoꝛum. Opoꝛtet ꝙ ſucci plantarum ex folijs et ramis earum exp̄rimant dum ſunt adhuc tenere ſicut memithe ⁊ gaſir ⁊ eſt ſemperuiua: ſuccus ypoquiſtidos: abſinthiū ⁊ ſimilium. Et opoꝛtet ꝙ vulneretur planta ſeu arboꝛ quando volueris accipere lac eius vel lacrimū donec planta viget adhuc in terra ⁊ nō poſtꝙ eſt euulſa: ſicut cum volueris facere opium euforbium ⁊c.

Nota regulam generalem.

Generaliter ſcire

debes ꝙ radices ⁊ folia et rami nō debēt exſiccari antequā ſint abluta cū aqua a terra et ſoꝛdibus eaꝝ et ꝙ ſiccētur in loco vmbꝛe vbi non ſit humiditas. Opoꝛtet ꝙ reponas floꝛes herbarum medicinaliū in capſis de ligno ⁊ ſimiliter herbas ſtipticas et radices. Semina vero ſeruentur ī ſacculis ex coꝛio quia iuuat ea ad melioꝛem conſeruationē ſm̄ dioſcoꝛidem.

Sequitur alia doctria mā̄gis clara de tempoꝛe colligendi floꝛes ſemina radices ⁊c.

Quia

pꝛefata doctrina pꝛo aromatarijs et pꝛecipue rudibus eſt aliqualiter confuſa: ideo ſi quis interrogaret in quibus menſibus particulariter ⁊ ſigillatim ſunt colligende herbe floꝛes ſemina ⁊ radices. Reſpondeo ꝙ in menſe martij: quia a medietate ipſius pꝛincipiū eſt veris et terra incipit germinare ⁊ veſtire ſe herbis et floꝛibꝰ que herba fuit nuda in hieme ꝑpter ventos niues ⁊ frigoꝛa.

Collige ergo pꝛedicto mēſe violas ⁊ fac de eis trociſcos diaā. ideſt de violis ⁊ ſyrupum viol. et Julep violatū conſeruā violarum ac oleum violatum. Et ſi potueris ſuccū ex eis facere conſerua ipſum. Et potes etiā violas diſtillare ⁊ aquā viui reſeruare. Exſiccabis etiam ex eis ad vmbꝛam eodē tempoꝛe et reſerua eas. Collige eodem menſe fumiterre et fac ex eo ſyꝛupum maioꝛē et minoꝛē: ⁊ ex eo ſuccum extrahe ⁊ reſerua licet etiā poſſis in pꝛincipio apꝛilis oīa pꝛedicta ex fumo terre facere.

Item in iſto mēſe incipit colligi maſtix vſq; ad finē menſis apꝛilis. Collige ſquillā ſm̄ artem ⁊ fac acetum ſquilliticū. ⁊ looch de ſquilla et oximel ſquilliticū. ⁊ looch de ſquilla.

De menſe apꝛilis.

Collige eufragiam et diſtilla eam: et etiam ſiccā reſerua eam quia pꝛo oculis optima eſt.

Collige floꝛes boꝛaginis bugloſſe et fac cōſeruas ex eis et deſicca ex eis et reſerua: et ex folijs diſtilla et fac aquā boꝛaginis et bugloſſe.

Collige oculos populi et fac vnguentū populeon quod ē optimū ad ſomnū ꝓuocādū in febꝛibus et in freneſi.

Collige mentā maioꝛanā citrariā yuas maioꝛē: ſparagos et reſerua.

Collige floꝛes yreos et fac oleū yꝛinum

Collige mellilotū et fac emplaſtrum de melliloto.

Collige floꝛes roꝛis marini et fac diantos et conſeruā cū ʒuccaro et ex eis ſicca et vſui reſerua et fac oleū ex eis ſi volueris.

Digitized by Google

Collige etiā ſcolopendriā betonicā et capillos veneris et diſtilla ex eis et etiā deſicca et reſerua.

Collige etiā violas keyri.i.violas citrinas et fac ex eis oleū quod dicitur oleum de keyri.

Collige burſam paſtoris et diſtilla et exſicca ex ea et collige cretanos et diſtilla ⁊c.

De menſe Madij.

Collige roſas rubeas et diſtilla ipſas recentes et fac aquā roſatā et purifica ad ſolē et extrahe ſuccū ex eis et vſui reſerua.et fac ex eis cōſeruā roſatam.i.zuccarū ro.mel roſatū colatū.rodomel.i.mel roſatū cū folijs. oleū roſatū bonū ſm artē. Pro quo nota ꝙ dupliciter pōt fieri oleū ro. Primo ex roſ incōpletis et ex oleo onfancino et tale oleū eſt magis ſtipticū et cōfortatiuū et frigidū. Secūdo pōt fieri oleū ro. ex oleo oliuarū maturarū:et tale oleū ē magis anodinū et doloris ſedatiuū et non eſt adeo frigidū ſicut primū ⁊c.Et exſicca ex eis et etiā vſui reſerua.et reſerua etiā botros eax.i.ipſas roſiculas incompletas ante aperitionē q̄ ſunt ſtipticiores et cordialiores et fac etiā ex eis trociſcos diarodon.

Collige etiā eodē menſe papauer albū et rubeū et nigrū et vſui reſerua et fac opiū eodē menſe fac ypoquiſtidos.

Collige camomillā et fac eius oleū et exſicca flores eius et reſerua.

Collige etiā flores geneſtre et fac ex eis mel geneſtratum bonū pro ſcropulis et fac etiā ex eis aquā diſtillatā pro renibꝰ.

Collige etiam flores malue et fac ex eiſ mel maluatum bonū ꝓ aſmate et tuſſi.

Collige anetum ⁊ fac oleum.

Et collige capita iuſquiami et ſicca.

Collige ſemen burſe paſtoris et reſerua

Collige ſaluiam et diſtilla et deſicca ex ea et vſui reſerua.

Collige etiā hermodattilos ſm quoſdā ſed ego puto ꝙ meliꝰ colligatur de mēſe auguſti.Et collige gūmi edere ⁊ gūmi elemi ⁊c.

Collige etiā in iſto mēſe manā tā in oriēte ꝙ̄ in calabria quia tunc ros ille precioſius de celo cadit.

De menſe Junij.

Collige omnes herbas ſeruandas ut cedron origanū pulegiū ſticados poliū celticā abrotanū abſinthiū praſſium ſeu marubiū eupatorion ypericō camedreos camepitheos ſaturegiā roſmarinū centaureā maiorē ⁊ minorē arthemiſia agrimoniā pētafilon millefoliū betonicā thimū epithimū yſopū oēs alias herbas vſuales quarū neq̄ ſemia neq̄ radices ſūt in vſu.

Collige etiā balauſtias ⁊ reſerua. Fit ēt aloes in fine huiꝰ menſis ex ſucco herbe zābane.Fit etiā ſuccus liquiricie ex radicibꝰ eiꝰ ⁊ vſui reſeruat̄ ſed radices eiꝰ de mēſe auguſti colligunt̄ exſiccātur et reſeruātur.

Collige ciminū aniſū. Jn iſto etiā mēſe colligitur thus vernix armoniacū oppoponacū:ſed aliqui dicūt ꝙ colligūtur de mēſe maij. Jn iſto etiā mēſe fit ſcamonea ⁊ ē ſuccus inſpiſſatus cuiuſdā ſpēi volubilis vel cuiuſdā ſpeciei titimalli ⁊c.

De menſe Julij.

Collige ſemē laureole et fac electuarium ex lacte anabulle.

Collige ſuccū cucumeris agreſtis et reſerua et fac inde pillulas ad ydropiſim.

Collige coriādrū ſemē fenugreci ſemen geneſte ſe.ſtaphizagrie.ſe.macedōici.ſe.petroſelini apij ruthe.ſe.iuſquiami grana ſol ſe.ſinapis eruce vrtice ſe.arnogloſſe.i.plantaginis.ſeia quatuor minora frigida.ſ. ſcariole endiuie lactuce ⁊ portulace ⁊ ſeia quatuor maiora fra.ſ.angurie citruli melonis ⁊ cucurbite. Collige etiā ſe.leuiſtici ⁊ ſe. cicute et paſtinace ſilueſtris carui.fac etiā acaciā in fine huiꝰ menſ.ex ſucco prunellorum ſilueſtriū et ad ſolē deſicca. Collige etiā antheram in fine p̄dicti menſ vel in fine auguſti. Collige ēt ſiſeleos.i.ſemen ſileris montani et ſemē naſturtij et pigami id ē

ſemen rutbe.

De menſe auguſti.

Collige radices ſaxifragie et
radices liquiricie: ra
dices acori et radices ciperi galange radi
ces mandragore radicem brionie: radices
bruſci radices reupontici caſſie lignee radi
ces piretri.

Collige radices diptami ⁊ tormētille et
radices ſabe inuerſe. ideſt ſolatri maioris.

Collige radices gēciane. radiceſ eſule: ⁊
ariſtologie longe ⁊ rotunde ⁊ radices cucu
meris. Et collige radices enule radices
trium conſolidarum radices fu. ideſt vale
riane. radices meu: ⁊ radices gariofilate:
radices ſucbaba ⁊ bdeguar: radices apij:
petroſillini feniculi bruſci ſperagi yreos ꝛc.

Collige etiam in iſto menſe ſemen ⁊ ra-
dices peonie ⁊ hoc in decrimēto lune: quia
tunc efficatius operantur contra epilenſiā.

In iſto etiā menſe fit viſcus: et fit etiam
terbentina de granis viridibus ꝛc.

De menſe ſeptēbris.

Collige agnum caſtū ideſt eius ſemē
et radiceſ caparorꝫ ac vtriuſqꝫ elle
bori albi ⁊ nigri.

Collige radiceſ peuſedani.

Collige linguā ceruinā. i. ſcolopendriā
et collige citrach. capil. veneris.

Collige etiā flores et ſemē feniculi ⁊ ex
ſicca quia tunc perfectum eſt ſemen eius.

De menſe octobris.

Collige filopendulā centonicā abſin
thium ⁊ ciclamē.

Collige lignū cedri et ſm aliquos colli-
ge eſulam ⁊ mezereon. ꝛc.

De menſe nouēbris.

Collige baccarū lauri et fac oleū lau
rinū ⁊ oleū de lentiſco ⁊ collige fru
ctus Iuniperi ⁊ fruct⁹ mādragore ꝛc.

De menſe decembris.

Collige fructus bruſci et radices yri
gorum confice eas. et cortices citri
confice ⁊ reſerua.

De menſe Januarij.

Collige cibalarias epaticas pulmo-
narias et incipe colligere violaſ vſ
qꝫ ad menſem Martij incluſiue: vt ſupra
dixi ꝛc.

Nota vlterius ꝙ omnes aque diſtillate
que fiunt ex herbis debent fieri in vere ſci
licꝫ a medietate marcij vſqꝫ ad totū mēſeꝫ
maij incluſiue. ⁊ poſtꝗ facte fuerint debent
ſtare ad ſolem ſaltem diebus quindecim:
vt purificentur a fumo Sed ſi vis vt nullo
modo ſapiant de fumo diſtilla eas in du-
plici vaſe ſcilicet ponendo alembichum in
balneo marie.

Si cupiunt rudes aromatarij eſſe doc
ti de infinitis fere preparationibus multa
rum ſimpliciū medicinarum mineralium ⁊
non mineraliū vſualium ⁊ nō vſualiū vtpu
ta de ablutionibus cōbuſtionibus: aſſatio
nibus purificationibus preparationib⁹ ſpe
cierū: ſalis et decoctionib⁹ et extractionib⁹
ſuccorum: ⁊ quaſi de infinitis rebus huiuſ
modi recurrant ad librum ſeruitoris qui li
ber eſt eis valde neceſſarius: vnde ſepius
ſtudeant ⁊ legant in eo cū bona intelligētia
quia in eo infinita reperient: ex quibus nō
ſolum vtilitatem ſed honorem cum gloria
reportabunt.

Sequitur ſexta particula de cōſeruatio
ne ſimplicium ⁊ cōpoſitarū medicinarum.

Modo diſcurrē
dum eſt ⁊ leuiter loquendū de
conſeruatione tā ſimpliciūꝫ ꝙ
cōpoſitarū medicinarū: ⁊ lꝫ ſapio in ca. xx
iiij. antidotarij ſui ponat ſtabilitū tēpus du
rationis quarūdā medicinarū cōpoſitarūꝫ:
de ſimplicibus tñ nullā fecit penitus mētio
nem. Ego itaqꝫ decreui ad clariorē aro

matarioꝝ noticiā pꝛimo vſem quandā do
ctrinā hic tradere in pḋuratioņē ꝯſeruatio
nē medicinarū tā ſimpliciū ꝗ̄ cōpoſitarum
deinde ſpecialioꝛē doctrinā faciā de pꝛedi
ctis: qꝛ particulariter quaſdā eaꝝ tantum
ſub cōpendio notificādo vt ſaltē ex hac do
ctrina inſtruant̄ aromatarij veteres medici
nas reſolutaſ abijcere: vt docti medici ⁊ fa
moſiſſimi doctoꝛes ex hac fidelitate aro
matarioꝝ vtilitatem conſequi valeāt ⁊ ho
noꝛem.

Nota de electione loci in quo debet fie
ri apotheca ſiue aromataria.

In pꝛimis igitur debet quilibet aroma
tarius ſibi locū aptū eligere in quo faciat
apothecā aptiſſimā ad res medicinales cō
ſeruādas: ita ꝙ ſit a ventis ⁊ a ſole defen
ſa ⁊ ꝙ non ſit humida nec fumoſa aut pul
uerulenta qꝛ oīa pꝛedicta habent tā ſimpli
ces quā compoſitas medicinas coꝛrumpe
re aut alterare.

Incipiamus ergo

cū dei gratia a floꝛibus ſeminibus ⁊ radi
cibus. Pꝛo quo notandū eſt quāto ali
qua res ſimplex fuerit rarioꝛis ſubſtantie
tanto minoꝛi tempoꝛe conſeruatur qꝛ ē ma
gis apta reſolutioni ⁊ vt a ꝯtrarijs alteran
tibus reſoluat̄: ⁊ pꝛecipue ſi longo tpe tene
atur: qꝛ ſm philoſophū quarto phiſicoꝝ
tēpus eſt cā coꝛruptionis oīum qꝛ oīa ſeneſ
cunt in tpe. Et qꝛ floꝛes herbaꝝ ſunt ra
rioꝛis ⁊ ſubtilioꝛis ſubē ꝗ̄ herbe iō minoꝛi
tpe cōſeruant̄ ⁊ iō vſq; ad annū ꝯſeruant̄ ⁊
nō vltra: qꝛ in capite anni renouari debent
abijciendo veteres ⁊ reponādo nouos: ex
ſiccādo eos pꝛius ad vmbrā ⁊ ſunt viole:
roſe floꝛes boꝛaginis ⁊ bugloſſe melliſſe flo
res camomille ⁊ melliloti: floꝛes anthos .i.
roriſmarini. Cōſimiliter herbe licet poſ
ſint magis conſeruari ꝗ̄ floꝛes: tutius tamē
eſt vt ſingulis annis renouētur. De ſemi
nibus vero dico vſq; ad duos annos con
ſeruantur pꝛeter minoꝛa ſemina ⁊ quatuoꝛ
maioꝛa ſemina frigida que debēt quolibet
anno renouari: ⁊ ex fructibus pinie ⁊ fiſtici
renouētur de āno in annū ⁊ amigdale cum
auellanis: pꝛunis ficubꝰ ſebeſten ⁊ dattilis

De radicibus diſtinguēdū eſt quoniā q
dā ſunt ſubtiles ⁊ rare ſubē vt radices va
leriane ⁊ petroſillini apij gariofilate: bacca
re ſaxifragie diptami toꝛmētille hermodat
tilloꝝ ⁊ ꝯſilinm. ⁊ iſte quolibet āno renouā
tur. Alie ſunt groſſe ⁊ dēpſe ſubē vt reupō
ticū et radices bꝛionie: peucedani meu ari
ſtologie. ⁊ iſte ꝯſuant̄ ꝑ duoſ ⁊ ꝑ tres ānos

Sequamur ergo ⁊ dicamꝰ de ꝯſeruatio
ne ⁊ pḋuratione ſolutiuoꝝ ſimpliciū ſm oꝛ
dinē meſue de vnoquoq; ſigillatī ptractan
do.

Capitulū de aloe.

I ergo

querat̄ quāto tpe durat alo
es. Dico ꝙ pōt ſeruari vſq; ad
x. annos. ſ; caue ne in loco hu
mido teneat̄ nec in loco vētoſo n; ad ſolem
neq; ad fumū nec ꝑpe ignē qꝛ virtꝰ eius re
ſolueret̄. No. vlteriꝰ qꝛ aloes pōt ſophi
ſticari ⁊ adulterari. vñ ꝑ hoc lege meſue in
ca. ꝓpꝛio de aloe: ⁊ ibi repies ꝯditiōes ve
ri aloes ⁊ adulterati. Doſ eius ē ab aure. 5
vſq; ad. 3. ij. Et īfuſiōis ab aur̄. i. vſq; ad. 3
iij. Quid aūt ſit aloes et q̄uo fiat ⁊ ex q̄
herba et in qua ꝓuīcia dictū eſt ſufficiēter
ſuperiꝰ in pꝛima pticula cū de ligno aloes
mentio facta fuit.

De mirabolanis.

Dico

ꝙ mirabolanoꝝ qui
q; ſunt ſpēs ⁊ ſm opi
nionē aliquoꝝ ab vna et eadē
arboꝛe pḋucunt̄. in diuerſis tñ tēpibus vñ
citrini durat duobꝰ annis. Emblici vero et
bellerici octo annis ꝯſeruātur: Indi. vij. an
nis. vnde citrini minoꝛi tpe oībus ꝯſeruant̄
qꝛ rarioꝛis ſubē ex pꝛimo germine pḋucti:
et oēs qui ſumūt mirabolanos timeāt bo
reā ſuperuenientē et nō comedant piſces.

Potio citrioꝝ teſtoꝝ eſt a. 3. ij. vſq; ad
3. v. infuſe et a. 3. v. vſq; ad. xx. Et potio

Digitized by Google

kebuloꝝ tritoꝝ eſt a.ʒ.iij.vſqꝫ ad.iiij.Et i
fuſoꝝ a.ʒ.iiij.vſqꝫ ad.x.Potio indoꝝ eſt
ſicut kebuloꝝ. Potio vero emblicoꝛuꝫ
tritoꝛum eſt ab aureo.i.vſqꝫ ad.iij.Et infu
ſoꝝ ab auꝛ.iij.vſqꝫ ad auꝛ.vi.

Capitulū de reubarbaro.

Dico ꝙ reubarbaꝝ qñ eſt
electū nō adulteratuꝫ
neqꝫ exanimatū ꝑ annos qua
tuoꝛ ꝯſeruatur.preſeruat̃ etiā
a putrefactione ſi ſuperlinit̃ cum cera lique
facta ſolum cum modica terbētiua aut cū
cera ſola.aut ſi ſepeliatur ī melle tabarzed
aut ſi ſepeliatur ⁊ inuoluat̃ in milio aut cū
ſeie pſilij.

Nota ꝙ reubarbaꝝ pōt adulterari vñ
lege meſue in ca. ꝓꝑꝛio de reubarbaro: et
ibi diſces cognoſcere veꝝ reubarbaꝝ a fal
ſo.Potio eius infuſi in ea eſt a.ʒ.ij.vſque
ad.x.Et potio ꝯtriti ē a.ʒ.i.vſqꝫ ad qua
tuoꝛ.

Ca.de caſſiafiſtula.

Dico ꝙ caſſiafiſtula ſeruatur
per annū ⁊ in loco humi
do nō tñ exceſſiue.Melioꝛ auteꝫ
caſſiafiſtula eſt illa que eſt grauis in ponde
re ⁊ pinguis in ſubſtātia ac lucens ⁊ nigra
in coloꝛe:et groſſa in canulis ac dulcis in
ſapoꝛe. Nota tñ ꝙ aliqualiter ledit ſto
machū ⁊ mouet in ventre toꝛtiones.

Capitulū de tamarindis.

Dico ꝙ tamarindi ſūt dat
tili acetoſi et ſunt ex
fructibus palmaꝝ ſilueſtrium
⁊ ſunt ex medicinis nobilibus
non excedentibus in oꝑatiōe ⁊ conſeruant̃
per annos tres. Et cauendū eſt ne aqua
aut alia res mollis et humida cadat ſuper
eos q꞉ putreſcerent.Modus aūt ꝯſeruan
di eos eſt vt eos bene ſtrictos ⁊ calcatos ī
vaſe vitreo bene obturato reponas ⁊ in lo
co recenti ⁊ ſicco ipſū vas teneas. Potio
eoꝝ eſt ab.ʒ.ij.vſqꝫ ad vi.

Ca.de māna.

Manna eſt ros de celo ca
dens ſuꝑ quaſdā
plantas:cuius materia eſt va
poꝛ qui eleuatur : cui accidit
digeſtio et maturatio in aere quādo ē equa
lis et fecūdus in latis aſpectibus vñ aliqñ
cadit ſuꝑ lapides et aliqñ ſuꝑ arboꝛes Et
cū cadit ſuꝑ arboꝛes ſuſcipit ꝓꝑꝛietatem et
virtutē ramoꝝ plātarū ac folioꝝ et floꝛum
ſupꝛa quos cadit durat aūt et ꝯſeruatur
per ānum bene obturato vaſe.Fumus autē
puluis et pluuia ac oīs humiditas deſtruit
ipſam:falſificatoꝛes āt adulterāt eā vnde
lege meſue.Et aliquādo fit māna adultera
ta ex zuccaro albiſſimo et amido ſil'r̃.
Doſis āt eius eſt:a.ʒ.vi.vſqꝫ ad xv.

Ca.de aqua lactis

Dico ꝙ eſt mā infuſionū
et dꝫ eſſe recēs bōi
ſapoꝛis et odoꝛis et nō diu te
neatur q꞉ cito coꝛrūpitur et fit ex lacte iuue
nū capꝛarū et nigrarū et recenter fetarum
et boni paſcui bonarum herbaꝝ.poſt hoc
aqua lactis ex lacte ouiū ſed caprarū ē me
lior et efficatioꝛ.Doſis eius eſt ab.ʒ.vi.vſ
qꝫ ad lib.iij.

Ca.de roſa.

Dico ꝙ roſa eſt duarum
ſpēꝝ.ſ.alba et ru
bea:vnde alba eſt magis fri
et magis ſtiptica ꝙ̄ rubea.ro
ſa vero rubea ē nobilioꝛ alba cuius ſuccus
dū eſt recens eſt aliqualiter ſolutiuus:et ē
etiā eius ſuccus calidus in pꝛimo gradu ꝓ
pter excluſionē eius a re terreſtri.Et roſe ru
bee exſiccate ſunt magis ſtiptice quā recen
tes.Et roſe rubee incōplete ſunt magis fri
gide et magis ſtiptice quā cōplete:et ſemen
earū eſt adhuc foꝛtius in frigiditate et ſtip
ticitate. Conſeruātur āt roſe vſqꝫ ad an
num et ſimiliter earum ſuccus.Sed vt me
lius a putrefactōe refuet̃ paꝝ olei ſūdēduꝫ
eſt ſuper eo in fiala:vel in vaſe in quo res

ponitur: deinde obturetur obturatione optimatne exalet virtus eius ⁊ cetera. Potio ſucci roſis eſt ab. ʒ. i. uſqꝫ ad. ii. cum zuccaro. Et potio ſyrupi facti cum ſucco earum eſt ab. ʒ. ii. uſqꝫ ad. v.

De viola.

Dico ꝙ viole ſunt medicina temperata conueniens: ⁊ eſt ex primis floribus veris: ⁊ debent colligi de menſe februarii: quando non inuenitur calor: aut pluuia diſſoluens diſſipans virtutem eius frigida eſt ⁊ humida in primo gradu: que vero eſt ſicca eſt minus frigida: ſuccus eius eſt lenitiuus nature. Cõſuat ſicut ſucc⁹ roſ per annum: ⁊ ſimiliter viole ſicce cõſuant uſqꝫ ad annum ⁊ non vltra. In capite vero anni renouari debent abiciendo antiqͣs reponendo nouas. potio earum eſt ab. ʒ. ii. uſqꝫ ad. iiii. ⁊ Julep eaꝝ ab. ʒ. iii. uſqꝫ ad. vi.

Capitulum de abſinthio.

Dico ꝙ melius abſinthiū ē romanum: ⁊ precipue quod eſt remotum ab odore: ⁊ a preſentia maris: quia vapor maris reſoluit virtutem: que eſt in ſuperficie foliorum eius. Eſt autem abſinthium calidum in primo gradu ⁊ ſuccum in ſecundo. Conſeruatur autem per annum. Colligi autem debet de menſe Aprilis de mane ante ortum ſolis ⁊ non in meridie dū ſol verberat ipſum: quia tunc a calore ſolis virtus ſuperficiei foliorū eius eſt aliqualiter reſoluta. Doſis eius decocti aut infuſi Potio eſt. a. ʒ. v. uſqꝫ ad. vii. Et puluis ei⁹ a. ʒ. ii. uſqꝫ ad. iii.

Cap. de ſticados.

Dico ꝙ vtilius ⁊ melius ē ſticados arabicū ⁊ meliores ſunt flores eius. calidum eſt in primo: ſiccum in ſecundo gradu. Conſeruatur per vnum annum vel uſqꝫ ad duos ad plus decoctionis eius. Potio eſt a. ʒ. v. uſqꝫ ad. vii. Et puluis eius. a. ʒ. ii. uſqꝫ ad. iii.

De fumo terre.

Dico ꝙ fumus terre ē ex medicinis benedictis cuius habundantia minuit eius precioſitatem: ⁊ eſt ſolutiuus melancolie. Melior eſt: cuius herba ē viridis ⁊ cuius folia ſunt plana ⁊ tenera cuius flos eſt ſub violaceus criſpus vero non eſt bonus: cuius collectio melior eſt in principio veris. Eius vero ſemen in fine veris colligitur: de complexione vero eius aliqͥ dicunt ꝙ eſt frigide complexionis in primo ſed ſm veritatem declinat ad latus caliditatis. ⁊ licet caliditas ſit in eo minor frigiditate. tamen in ſuperficie dominans ⁊ eſt ſiccus in ſecundo: ⁊ ſemen eius calidum. Inter omnia ſimplicia mundi non reperitur ei par in purificando ſanguinem. et precipue ſi ſuccus eius bibitus fuerit calidus cū zuccaro vel cõmixtus cū aqua lactis. Succi ipſius ē potio ab ʒ. 5. uſqꝫ ad. ii. Et decoctionis eius. a. ʒ. x. uſqꝫ ad. xv. ⁊ puluis eius a. ʒ. iiii. uſqꝫ ad. v

Cap. de eupatorio.

Dico ꝙ eupatorium ſm Salernitanos ē ſaluia ſilueſtris ſm Serapionē eſt canaparia ad modum lini ſed ideo canaparia dicitur: quia ad illius ſimilitudinem pducit folia. ſm vero Meſue eſt herba longitudinis cubiti amaritudinis multe: folia eius ſunt ſicut folia cētauree minoris viridia: ſed ſunt aſpera ⁊ iciſa Colligitur in fine veris. ⁊ melior operatio ei⁹ ē ſuccus ei⁹. calid. eſt in primo. ſic. in ſe ſecundo. Conſeruatur autem per annū tam herba: quam ſuccus eius decoctionis Eius potio eſt. añ. drag. ii ii. uſque ad. vi.

Digitized by Google

Et puluiſ ei⁹.a.ʒ.ij.uſq3 ad.iiij.Et loco ei⁹
ponit̃ i defectu ipius abſinthii et aſſarij a.
medium ponderis ipſius.

Cap.de epithimo.

Dico q̃ Epithimus dicit̃
quaſi ſup thimũ naſ
cẽs.Eſt.n.ex herbis ſup excre
ſcentibus aliis plãtis: ⁊ quaſi
ẽ ſilis cuſcute:⁊ aliqñ excreſcit ſup balaſce
⁊ aliqñ ſup ſpẽs origani: ⁊ ẽ duplex cretẽſe
⁊ ſyꝝ ẽ ꝯplexiõis calide ⁊ ſicce in ſecũdo ſ3
Sa.ponat ipm calidũ in tertio.Conſuat̃ p
annũ ⁊ nõ vltra.Potio eius in decoctione
a.ʒ.v.ad.xx. Et pul' eius.a.ʒ.iij.uſq3 ad
vij.Ille aũt qui ſumit vitet acceptatõe3 ei⁹
eſtate.

Capitulũ de ycopo.

Dico q̃ qdã3 dicũt q̃ eſt
yſopus ortẽſis.Alij
dicũt q̃ ẽ vna ex ſpẽbus origa
ni:calide cõplexionis ⁊ ſicce i
ſecũdo gradu.Et ſuatur p annũ.Doſ eius
decoctiõiſ ẽ.a.ʒ.v.uſq3 ad.x.Et puluis ei⁹
a.ʒ.ij.uſq3 ad.iiij. Dico q̃ yſopus ẽ du
oꝝ modoꝝ.ſ.ortẽſis ⁊ mõtanus durat ⁊ ꝯ
ſeruat̃ p annu3.decoctionis eius potio ẽ a.
ʒ.vi.uſq3.ad.x.Et puluis ei⁹ ẽ a.ʒ.iij.uſq3
ad.vij.

Cap.de pruniſi.

Dico q̃ prunoꝝ quedã dã
tur ad alterãdu3 et q̃
dã ad ſoluẽdũ.vñ alba et citri
na ad opus medicine nõ valẽt:et ex eis ſũt
muza.i.medij ſaporis inter acrem et dulcẽ
Et hec dantur magis ad alterandũ ſangui
nẽ et colerã et calidos humores . et ſunt ex
eis dulcia:et hec dant̃ ad ſoluendũ vẽtre3
ſed vtraq3 tam muza q̃ dulcia alterant:ſ3
muza magis et vtraq3 ſolutõem leuem faci
unt:ſed pl⁹ et min⁹:q2 muſa minus et dul
cia magis et humida plus lubricãt q̃ ſicca
Damaſcena vero et armena in omnibus il
lis ſunt fortiora:dulcia ſunt fere tempata i
ter caliditatẽ et frigiditatẽ:ſed magis decli
nãt ad frigiditatẽ aliqualẽ et ſũt humida i
ſecũdo.Muza vero ſunt frigida in princi
pio ſecũdi:et omnia ſunt refrigeratia et leni
tiua nocent ſtomaco ſunt pauci nutrimenti
Conſeruantur p annũ.Potio aque.i.deco
ctionis eaꝝ ẽ circiter.lib.i.cũ zuccaro.

Cap.de pſilio.

Dico q̃ pſiliũ ẽ de alteran
tibus⁊ facientibus ſo
lutionẽ:et eſt triplex.Albũ ſub
nigru3 et purpureum.Meliuſ
aũt ẽ illud quod ẽ groſſum ꝯpletum graue
ita q̃ ſubmergetur in aqua:habet autẽ pſi
lium complexionem diuerſam in duabus
ſubſtantiis eius que ſepari pñt:quia in cor
tice exteriori eſt frigide et humide comple
xionis in ſecundo gradu ſm diaſcoridem
Subſtãtia eius medullaris eſt calida et ſic
ca in quarto gradu et acuta vehementer ru
bificatiua et inciſiua. Conſeruatur aũt ab
vno ãno uſq3 ad duos.Potio ipi⁹ eſt. a.
ʒ.i.uſq3 ad tres.timeat aũt ipm habẽs de
bilitatem viſceꝝ. Nota q̃ in p̃dicto ca
pitulo de pſillio videtur eſſe diſcordia iter
ruffum et diaſcoridem de cõplexione pſilii
quia dicitur a Meſue q̃ ſubſtãtia exterior
extenſa ſup cortice3 eſt multũ ex infrigidã
tibus.Et dicit ruffus q̃ eſt frigida et humi
da in tertio et excellit.et dicit diaſcorides
quod eſt in ſecundo illud eſt verius . Inqt
enim ypo.in epidimijs q̃ non eleuatur res
frigida iuncta cum humiditate ſupra ſecũ
dum gradum.Et dicit Salienus q̃ humi
da res non tranſgredietur metam abſq3 ad
quam poteſt regimen hominis extendi pro
pter quod non inuenimus humidu3 eſſe cã3
doloris inquantum humidum: ſed inquan
tum poteſt eſſe cum materia cum quantita
te ſua mouetur ad continui ſolutõem.⁊c.

De capillis veneres.

Dico q̃ capillus veneris:
qui alijs nominibus
d' coriandrum putei : vel ca
pillus fontiũ:uel capillus homi

Digitized by Google

niſ:nemoralis:vel capillus porcinus poni
tur tempate complerionis a Sa.⁊ vix con
ſeruatur ꝑ annū quia eſt ſubtilis ⁊ rare ſub
ſtantie. Potio decoctionis eoꝝ quando q̄
ritur ꝑ ipos ſolutio per ventrem eſt circiter
lib.i.

De Aſſaro.

Dico ꝙ aſſaꝝ ē radix her
be aromatice:que aſ
ſara baccara dr̄.⁊ eſt calida
⁊ ſicca in tertio gradu: lz diaſ
corides dicat verius ꝙ ē ca. in ſecūdo gra
du.⁊ ſic in tertio et eſt magis ꝓuocatiuum
⁊ apitiuū opilationū ⁊ ſubtiliatiuū ꝙ ſoluti
uum. Conſeruatur aūt per annū. Doſis
eius infuſi potō ē ab aur̄.ij.vſqz ad.iij. Et
puluis eius a.ʒ.i.vſqz ad aur̄.ij.

De Gallis.

Dico ꝙ galloꝝ electio ſu
mit a q̄tuor ꝯditōib⁹
Primo a colore: quia ruffus
ē melior alijs. Secūdo ab eta
te:quia quāto antiquior tanto melior ⁊ ca
lidior. Tertio a motu:quia ille velocior eſt
melior ⁊ calidior. Quarto a coitu ꝙ ſit for
tis in dimicando:quia ſi fortiter dimicat:
fortiter coit. Potio iuris galli ē circiter lib.
ij.

De volubuli.

Dico ꝙ volubilis ē pluri
um ſpēꝝ ſm̄ Meſue
ſed magna preualet omnibus
niſi ꝙ apit orificia venarum ⁊
educit ſanguinem:⁊ multum exiſtimatur ꝙ
ex vltima ſpē volubilis.ſ.ex quarta ſpē fit
ſcamonea.ſ.ex lacte eius coagulato ⁊ ē per
nicioſa lege meſue: quia inter ꝑdictas ſpēs
ē.tertia ſpēs habēs folia aſpa:ſicut folia ci
trulli cuius flos ē ſicut ampule adherentes
adinuicem:⁊ vocatur lupulus: ⁊ eſt valde
mundificatiuis ſanguinis vero facit flores
albos ſtrictos in pꝛcipio ⁊ latus in fine ad
modū tube:⁊ habet lac ꝛc. Potio decoctio
nis magne eſt circiter.ʒ.iiij. Et infuſionis
eius in aqua caſei.potio ē circiter lib.i.

De Scamonea.

Dico ꝙ Scamonea ſoluti
uum magnū: qꝛ ſolu
tiuū ſolutiuoꝝ:qꝛ ē ſolutiuum
antonomaſice.i.ꝑ excellentiā
⁊ ē gnālius ſuꝑ om̄ia ſolutiua:fit aūt ex ſuc
co cuiuſdā ſpēi volubilis:cuius folia ſunt ī
modū ſagitte alate. Naſcit̄ aūt in atiochia
et armenia:et coraſceni.et in partibus ara
bie et turchie.et antiochena ꝑualet alijs.vn̄
lege in meſue: quia omnia ibi lacius reperi
es. Sz nota ꝙ bona ſcamonea dz hr̄e
ſeptē ꝯditōes.primo ut i colore ſit cinericia
et ſubpalida.ſecūdo in tactu ut ſit fragibil̄
tertio ut ſit lacticinia ꝑ applicationē ipius
ad linguam:ut reſultet lac ex tali tactu ligue
cū ſaluia.quarto ꝙ ſit leuis in pondere.qu
to ꝙ ſit boni odoris.ſexto ꝙ ſit antiochēa
ſeptio ꝙ ſit antiqua nō recēs. Ulterius
notandū ē ꝙ ipa ſcamonea habet ſeptez no
cumenta. Primū ē ꝙ ledit ſtomacū et cor.
Secūdū generat vētoſitatē mordicatiuam
Tertiū gnāt caliditatē et inflāmatōem exceſ
ſiuā. Quartū excoriat inteſtina et apit ve
nas. Quintū attrabit cū violētia. Sextum
ꝙ eius ſeroſitas hz excoriare. Septium qꝛ
ei⁹ impſſio ē ſupra virtutes et mēbra. Cor
riguntur aūt iſta nocumēta ſi cum maſtice
ꝑpet̄ et melius ſi decoquat̄ in citonio et fiat
diagridiū. Cōſeruat̄ aūt ānis.xij. Doſ̄ aūt
eius ē a granis.v.ad.xij.

De turbit.

Dico ꝙ turbit ē radix her
be cuius folia ſunt ſi
cut folia ferule minora tn̄ et ē
ca.in tertio gradu. Et turbit
bonū dz hr̄e vij.ꝓprietates. Primo ꝙ ſit
candidū. Secūdo ꝙ ſit vacuū et grūdino
ſum. Tertio ꝙ ſit gumoſuz. Quarto ꝙ cor
tex ſit citrin⁹ Quīto ꝙ ſit planū ñ aſpeꝝ. Se
xto ꝙ ſit recēſ Septio ꝙ ſit facile fragibile

Digitized by Google

Item nocumēta turbit principaliter ſunt
tria. Primo ꝙ gnāt ventoſitatē: ⁊ ē tar
de ſolutionis: ⁊ hoc tollit mixtio zinzib. cū
eo. Secūdo ꝙ cauſat nauſeā ⁊ ſubuer
ſionē in ſtomaco: ⁊ hoc tollit medicina con
fortans eū ſicut ē mixtio maſticis: ⁊ gallie
aromatice. Tertiū ē ꝙ exſiccando corpus ī
principio macreſcere facit: ⁊ hoc tollit zuc
carum ⁊ oleū amigdalaꝝ dulciū. Cōſer
uatur aūt turbit annis quatuor ⁊ vltra.

Doſis eius puluerizati ⁊ cōtriti ē. a. ʒ. i.
uſqꝫ ad. ij. Et decoctionis eius. a. ʒ. ij. ad
quatuor.

De Agarico.

Dico ꝙ Agaricus eſt du
plex. ſ. maſculus ⁊ fe
mina: ſed femia eſt melior. qꝛ
maſculus ē longius niger ⁊ grauis durus
habēs neruos in confractis ſuis. Sed feia
ē laudata in ſex ꝓprietatibus apparentibꝰ
quia primo debet eſſe albiſſimus. Secun
do leuis. tertia velociter frangibilis. quar
to poroſus. quinto ꝙ guſtui in principio ap
pareat dulcis. deinde ſequatur amaritudo
ſexto ꝙ ſit ſtipticus aliqualiter eſt calidus
in primo: ſiccus in ſecundo. ⁊ ipſe eſt ex me
dicinis magni iuuamenti. ⁊ naſcitur ꝓpe
magnas arbores: quibus iam ex antiquita
te accidit corroſio ⁊ putrefactio: ⁊ eſt eius
generatio ſicut generatio fungoꝝ: imo qui
dam extimauerunt: ꝙ ſit fongus ⁊ ita vide
tur: ⁊ ē medicina familie ſm democritum ⁊
confert omnibꝰ etatibꝰ ⁊ in oī tpe ⁊ ē medi
cina omniū opilationū. Conſeruatur au
tē p annos tres uſqꝫ ad quatuor. dūmō ab
humiditate puluere ⁊ fumo preſeruet̄. Do
ſis eiꝰ ē puluerizati cōtriti. a. ʒ. i. uſqꝫ ad. ij.
Et in decoctiōibꝰ. a. ʒ. ij. uſqꝫ ad. v.

De colloquintida.

Dico ꝙ colloquintida ē cu
curbita deſerti: ⁊ na
ſcitur in planta quā etiam fel
terre vocant: eo ꝙ in toto ābi
tu ortus eiꝰ īterficit herbas: ⁊ ē ſicut vene
nū eis. vnde arabes appellāt eā necem plā
taꝝ: ⁊ terra ſup quā iacet videtur ſicce ad
buſta: ⁊ folia eius ſunt ſimilia folijs cucur
bite: ⁊ ſic extenduntur ſuper terram: ⁊ ē du
plex. ſ. maſculus ⁊ femina. maſculus eſt gra
uis cum duricie: attinens aſperitati ⁊ nigre
dini. Sed femina ē a ſapientibꝰ magis lau
data: et eſt ut habeat has ꝓprietates: ut pri
mo ſit groſſa. ſecūdo ſit leuis. tertio ſit com
plete maturitatis: ita ꝙ nunꝗ colligat̄ ima
tura. quarto ꝙ interius ſit pulpoſa et rara
et leuis. quinto ꝙ ſit albiſſima. ſexto ꝙ qñ
plāta eius hꝫ vnā ſolā colloquintidā abici
atur: et nullomō colligat. et ē ca. et ſic. ↄple
xionis in tertio. Nocumēta aūt colloqn
tide ſunt quatuor. primū qđ infert nocumē
tū ſtomaco cordi et epati. Secūdū ē turba
tio et inflatio atqꝫ ſubuerſio ventriſ et oīuꝫ
inteſtioꝝ. Tertiū ē aptio venaꝝ cū ſanguis
emanatiōe. Quartū ē viſceꝝ et venaꝝ ex
coriatio: et nō ē puluerizāda ī ultio: nec ſub
tiliſſime: qꝛ excoriat viſcera et venas. Cō
ſeruatur aūt p annos tres: et ultra ſi ī debi
to loco reponatur. Doſis ipiꝰ ē alzirath. vi.
vſqꝫ ad. x. qui aūt ſumat ex ea timeat fri
gus et eſtum.

De polipodio.

Dico ꝙ polipodiū ē radix
cuiꝰdā plāte q̄ diuer
ſificatur in ortu ſuo qꝛ aliquā
do naſcitur ſup arbores quer
cinas. vnde pp hoc grecus noiauit felicē ar
boꝝ: quia in folijs ſimilat̄ felici: ⁊ aliquādo
naſcitur ſup lapides: ſed quod naſcitur ī ar
boribus: et maxime quercinis ē perfectior:
quia lapidea habet humiditatem ſuperflu
em et indigeſtam cauſans ventoſitatem et
nauſeam et ſubuerſionem. et ē ca. in tertio:
et ſic in ſecundo et quod naſcitur in arbo
ribus glandium debet habere octo propri
etates bonas. Et primo ꝙ ſit quercinum.

Digitized by Google

Secundo ꝙ ſit groſſum. Tertio ꝙ ſit ſolidi
Quarto ꝙ ſit nodoſum. Quinto ꝙ eiuſ co
loꝛ aliqualiter particip; nigredine ſed paꝝ
Sexto ꝙ in eo ſit aliquid aromaticitatis.
Septimo ꝙ in eo ſit dulcedo cum aliquali
ſtipticitate relinquens in guſtu ex amaritu
dine aliquid: ⁊ pꝛecipue quando eſt recēs.
Coꝛrigitur autē eius ventoſitas miſcen
do cum eo aniſiꝫ vel ſemen feniculi: aut pa
rum ꝫꝫ. Conſeruatur autem vſqꝫ ad an
num ⁊ valde confert ydropicis: ſiccatur ad
vmbꝛaꝫ. Doſis eius eſt. a. ꝫ. ij. vſqꝫ ad qua
tuoꝛ.

De ſquilla.

Dico ꝙ ſquilla idem ē ꝙ
ſepe cepe muri: ⁊ ſi
cut dicit Galienus ꝙ duplex
eſt eius iuuamentum: quia ſo
lutiōe educit materias: et cū hoc pꝛeparat
eas ad ſoluendum: ⁊ illa eſt melioꝛ que ha
bet parem. i. ſociam: que enim ſola naſcitur
ē venenoſa ſicut dicitur. Et que naſcitur in
locis liberis eſt melioꝛ: ⁊ eſt calida ⁊ ſicca
in tertio. ⁊ non ſcinditur cum cultello ferreo
ſed ligneo: ⁊ non capiantur partes eius ex
treme. id eſt exterioꝛes nec medullum eius:
quia non valent: ſed partes medie lamine
eius melioꝛes que habent ſplendoꝛem ⁊ cū
ſuuntur filo ſeperatim ſuatur: ne vna pars
aliam tangat: et exſiccentur ad vmbꝛam di
ebus. xl. ⁊ poſtea ex eis fiat acetum ſquilli
ticum: et looch de ſquilla. Conſeruatur
autem ſuſpenſa annis duobus planta vero
in terra durat annis. x. Potio enim aceti
eius eſt. a. ꝫ. v. vſqꝫ ad. xij. Et oximellis ei⁹
ē ab auř. vi. vſqꝫ ad. ꝫ. iij. Et trociſcoꝝ ei⁹
a. ꝫ. ij. vſqꝫ ad quatuoꝛ.

De hermodattilis.

Dicō ꝙ hermodattilus eſt
radix herbe montāe
et eius aluis ē longus ſicut digitus. alius ē
rotundus. ſed rotundus eſt de quo loqmur
Et eius aluis ē albus. Alius eſt rubeus. ali
us niger. Melioꝛ omnibus debet habere
tres ꝓpꝛietates bonas. Pꝛimo ꝙ ſit alb⁹.
Secūdo ꝙ habeat veram albedinem int⁹
et extra. tertio ꝙ ſit groſſus mediocris groſ
ſiciei. rarus non laxus et leuis debilis eſt:
rubeus vero et niger penitus mali et euitā
di: et qui naſcitur ꝓpe ſquillam: aut pꝛope
raphanum melioꝛatur in conditionibus ſu
is: et colligi debet tempoꝛe veris potius ꝙ̄
alio tempoꝛe: ⁊ illi ſunt melioꝛeſ qui ſunt ex
ſiccati per medium annum. et in illis ē hu
ditas ſuperflua diſponens ad tria nocumē
ta que facit: ſed ciminū maſtix ꝫinꝫib. tollūt
ab eo nocumenta dicta eſt ca. et ſic. in pꝛin
cipio ſecūdi. lꝫ i eo humiditas accn̄talis ſit
ſupflua que inimicatur ſtomaco. Conſ
uatur aūt tribus annis ſi remotuſ fuerit ab
humiditate et puluere. Pꝛo quo notan
dū ē ꝙ ſi ante debitam exſiccationem ꝑpo
nantur imediate putreſcūt. Doſis eoꝝ ē ab
auř. i. vſqꝫ ad. ij.

Capitulum de yreos.

Dico ꝙ yreoſ ē radix her
be ſm grecū que lilia
lis dr̄. Cui⁹ due ſunt ſpēs qua
rū vna floꝛē facit purpureū ha
bentē gradationem diuerſitatis in purpuꝛa
tionē ſicut habet arcus terroꝛis q arcus dr̄
yꝛis et ad ſimilitudinē illius vocatus ē yꝛe
os: et alia ſpēs eius facit floꝛem albū. Pur
pureus eſt calidus et ſiccus in tertio. albus
vero calidus et ſiccus in ſecundo. Melioꝛ
ꝑs plante ē radix eius deinde flo ſpurpure
us eſt q ē calidus ē melioꝛ albo. Et melius
tempus collectiōis radicū et floꝝ eius ē tē
pus ueris. Succus radicū eius valde pꝛo
deſt ꝯtra ydropiſim: ſed nocet ſtomacho.
Sed coꝛrigit cū aqua lactis et melle cum
pauca maſtice. Et exſiccāt eius radices ad
vmbꝛā ſute cū filo ita ꝙ vna nō tāgat aliā
Conſeruatur autem per annos duos ſi

preſeruetur ab humiditate et puluere. Doſis eius eſt. a. ʒ. ij. ſ. vſqȝ ad. vi.

De Cucumere.

Ideo quod cucumer ſilueſtris i. aſininꝰ ē fructus ſicut cucumer paruus aſperitatis plurime et amaritudis vere. et eius planta habet folia ſimilia foliis cucumeris tamen aſperiora. Melior ps plante ē fructus ipſius. bene maturatus cōpletus. et citrinus in quo nulla ſit viriditas et pꝰ ipſum fructum ē radix in bonitate. ſȝ fructus eius incompletus ē malus et perniciosus educens ſanguinem ſolutione ſua. Cucumer ipe ſilueſtris eſt calide et ſicce cōplexionis in tertio. Et aliqui dicunt ꝙ eſt fortius ſolutanum ꝙ̄ ſcamonea quia excoriat et aperit venarum oriſicia. Unde generat crudeles torſiões vētris et fcit ſolutionē cū āguſtia et ē tarde opatōis et emēdāt eiꝰ nocumēta: ſi cū ſucco eius adiūgatur aliqd de bdellio: aut ex dragaganto: aut ſi ppinetur cum lacte dulci recenti: aut cum aqua mellis ⁊ facilitatur eius operatio: ſi parum ſalis gemme miſceatur cum ſucco eius. Et ſpecies ollefangine addunt vigorem virtuti ipſius. Et conſeruatur ſuccus eius triennio. Radix vero eius conſeruatur ānis ſex: licet recens melius operetur ꝙ̄ ſicca.

Colligitur autem ſuccus eius in eſtate: ſcilicet in finē Iulij in diebus canicularibꝰ dosis ſucci eius eſt a granis quinqȝ. vſqȝ ad. ʒ. ſ. Et aque decoctionis radicum eius a. ʒ. ij. vſqȝ ad. iiij.

De Centaurea.

Ideo quod duplex eſt. ſcilicet maior ⁊ minor ⁊ vtraqȝ eſt amariſſima: ſȝ minor amarior eſt maiori. Unde a quibuſdā fel terre dr. Et minor eſt melior in omni re. Cuius flores ⁊ ſtipites habent colorem citrinum ⁊ palearum. Et melior pars plante ſunt flores ⁊ ſemina ipſius. Et melior tēpꝰ collectionis eius eſt principium eſtatis: eſt ca. ⁊ ſic. in ſecūdo. Sȝ ruffus dicit in principio tertij. Doſ eius ē a tertia pte vnius ʒ. vſ ʒ. vſqȝ ad. ʒ. i. vel. ʒ. Et in decoctione ab. ʒ i. vſqȝ ad. iij. Conſeruatur autem per ānū

De Cartamo.

Ideo quod cartamus eſt duorum modorum. ſcilicet domeſticus ⁊ ſilueſtris: ſed domeſticus eſt melior: ⁊ dicitur crocus ortenſis. Et melior pars plante eius ē ſemē deinde flos: ⁊ illud eſt melius ſemen quod ē album planum: ⁊ groſſum ⁊ plenum cuiꝰ medulla eſt vnctuoſa ⁊ pinguis valde: ⁊ cuius cortex eſt ſubtilis: ⁊ melior flos eſt: qui eſt ſicut pili croci: calidum ē in primo ⁊ ſiccum in ſecundo. Eſt autem ſemen eius apertiuum ⁊ abſterſiuum et conturbatiuū faciens nauſeam. Unde ineſt ei virtus educēdi per vomitum: et per ſeceſſuȝ. id eſt per vētrem: et multum nocens ē ſtomacho: emendatur eius nocumentum miſcendo cum eo aniſum galangam; macem et cordumenum. Doſis eius ē a. ʒ. iij. vſqȝ ad aur. ij. Conſeruatur autem cartamus. ſ. ſemen eius annis tribus.

De grano almeus.

Ideo quod granum almeus ē duplex. ſ. magnuȝ et paruum; magnum ē in magnitudine fructus auellane: et paruum ē ſicut cicer. Magnum ē incolume bonum: paruū vero ē malignum magnum ē calidū in principio tercij: et ſiccum in ſecundo. et paruum non adminiſtratur: niſi in emplaſtris et fri

Digitized by Google

cationibus ⁊ oleū ipſius in vnctionibus:
Educit per vomitū ⁊ ꝑ ventrez flegma cru
dū ⁊ groſſum: ⁊ facit nauſeā ⁊ ſubuerſionē
⁊ aſſatur ⁊ ſic corrigitur: eius humiditas
ſuperflua: miſcetur cum eo aniſuz ⁊ fenicu
lum ⁊ rectificatur eius nocumentum. Cō
ſeruatur aūt ānis pluribus. doſis eſt a.3.5
vſque ad.3.i.5.

Jco ꝙ ſm alexandrū ꝙ ve
rificatores ideſt philo
ſophi dixerunt ipſum habere pre
rogatiuam ⁊ principatum in educendo co
lerā nigrā. ⁊ operatio eius eſt incolumior
et ſolemnior eleboro nigro ⁊ virtuoſior lapi
de lazuli. ⁊ ille melior qui habet colorē me
diū inter viridē ⁊ obſcurū terreū ⁊ indum:
⁊ habet macularū diſtinctiones virides ⁊
nigras ⁊ qui non ē in terminū lapidis. ſcili
cet duricie imo eſt facile diſſolubilis ⁊ pul
uerizabilis et eſt leuis in tactu carēs aſperi
tate et eſt calide cōplexionis in principio ſe
cundi ſiccus in primo: et eſt reſolutiuus ⁊
abſterſiuus: et eſt ex conturbātibus ſubuer
tentibus ſtomachū. Et educit per vomi
tum ⁊ per ventrem: nocet ſtomacho valde
⁊ facit ſubuerſionem et ſoluit cum anguſtia
Non lotus ſoluit per vomitum et per vē
trem cum labore et ſine moleſtia.
Ars autz lauādi ipſum ſcribit a meſue
require igitur ibi modum lauandi ipſum
educit melācoliā ſeu colerā nigrā. vnde mū
dificat cerebꝝ ab ea: et valet ī mania mīia
vertigine. ſcotomia. epilēſia. et ad egritudi
nes timoris et ſuſpitiōis et ad leprā et egri
tudines ſplēis: et ad catarrū et ad morphe
am nigrā. et ad febres melancolicas. Doſ
eius nō loti eſt a.3.5. vſque ad.i.5. Sed
loti eſt a.3.i. vſque ad.ij. Conſeruatur autē
ānis decem.

De lapide ſtellato.

Jco ꝙ lapis ſtellatus ē de
genere marmoꝝ: hñs
maculas ex auro. ⁊ eius aluis eſt
albus: et dicitur marcheſita. Alius vero
clarus celeſtis et vocaẗ lapis lazuli. ⁊ quā
doqz minera fert vtrūqz ſimul. Melior eſt
cuius color ē viridior: in colore azuli: et ha
bet maculas aureas et mixtus cū marche
ſita ē non bonus: et non maculatus non eſt
bonus et ſimiliter leuis. ē autem ca. in ſecū
do ſiccus in tertio. Nocumēta eius ſunt
quia ē adhuſtiuus vlceratiuus et putrefac
tiuus abſterſiuus et nō inciſiuus et nō loto
ē proprietas abradēdi pilos. Lotus āt
conſeruat et prolongat eos et generat pilos
ī palpebriſ. Jn eo ſūt nocumēta oīa gnā gū
marū in calefaciēdo et ſubtiliādo ⁊ ē ex ru
bificātibꝰ et ē ex arbore deſertoꝝ locoꝝ et
iſpidoꝝ et illud ē melius quod eſt leue frā
gibile habens colorem palleatē et clarum:
quod eſt vehementis acredis et odoris val
de acuti: et ꝙ iam trāſierit ānum quia recēſ
anni ſui ē ſicut venenum et ſicut ignis. et ex
gūmis que diſſoluunẗ et ca. et ſic. in quar
to gradu et ē calidius et ſubtilius omni eo
quod calefacit ex gūmis: et ē de facientibꝰ
operationem cum labore et anguſtia vehe
menti et perducenti ad ſincopum et ſudorē
frigiduz: eſt inimicū cordi et epati et ſtoma
cho ꝓpter vehementiā virtutis ſue: tollitur
aūt et rectificatur hoc nocumentū ſi ponaẗ
in infuſione in oleo amigdalio dulci: et ſuc
co acetoſitatis citri vel in oleo amigdalaꝝ
dulciū: deinde in ſucco liquiricie: educit fle
gma viſcoſum et groſſuz a locis profundis
et eſt mundificās iuncturas ab humoribꝰ
groſſis difficilis eradicatiōis: nec eſt ei res
ſimilis ad hoc et mundificat neruos ab hu
miditatibus imbibitis in eis: et diſſoluitur
in oleo de keyri: et inungitur cum eo et con
fert egritudinibus neruorum frigidis ſicut
eſt paraleſis: ſtupor et tortura et ſpaſmus.
Doſis eius eſt alhirath.i. vſqz ad.iij. Con
ſeruatur autem quadriennio. recens autez
anni ſui eſt perniciosum. Jlle autem quī
ſumit timeat frigus. Conſeruatur autem
ne cito ſeneſcat ſepeliendo eum in milio vel

Digitized by Google

fabis vel lentibus ſed in millio melius.

De oppoponaco.

Dico ꝙ oppoponacū eſt gū mi plante ſimilis ferule cuius ſtipites eleuātur ſuper terram vno vel duobus cubitis ⁊ folia eius ſunt minora folijs ferule. Melius ex eo eſt citrinum exterius ⁊ ſubalbidum interius ⁊ quod eſt amarum et quod eſt frangibile et quod facile diſſoluitur in aqua. Et aliq adulterant ipſum cū armoniaco ſed odor ⁊ albedo fracture deocculrant fallaciā

Et melior pars plante eius eſt gūmi eiꝰ deinde radix ipſius eſt calidum ⁊ ſiccum ī tertio. radix eius in ſecundo. nocet ſtomacho faciens ſitim et eſt tarde operationis: de rectificatione autem ipſius eſt ſicut diximus in ſerapino. Educit flegma groſſum ⁊ viſcoſum a partibus remotis ⁊ iuncturis ⁊ proprie mundificat cerebrū ⁊ neruos et confert egritudinibus eorū frigidis ⁊ eſt ex rebus addentibus in viſui ſm omnem modum adminiſtrationis eius ⁊ mundificat pectus ⁊ confert tuſſi antique. Et eſt medicamen expertum rigori febrium cū aceto ante horam parox. ⁊ linitum in ſpina ⁊ diſſolutum cū ſucco apij ⁊ oleo anetino: Doſis eius ē a. ʒ. i. vſq ad. ij. Conſeruatur aūt. v. vel vi. annis.

Ca. de mezereon.

Dico quod mezereon eſt planta apud perſeſ vocata rapiens vitam. et a quibuſdam faciēs viduas a pluribus leo terre. ⁊ eſt planta cuius ſtipites eleuatur ſupra terram circiter cubitos duos. Et folia eiꝰ ſunt ſimilia folijs oliue: ⁊ producit grana nigra in magnitudine fructus mirti: et eſt planta lacticiniorum. et eiꝰ ſunt plures ſpecies: ſed meliꝰ eſt mezereon habens folia magna tenuia ⁊ viridia: ⁊ quod oritur in locis liberis ⁊ in vicinitate plantarum ſpeciei eiꝰ: et quando oritur ex eo planta vna in toto ambitu loci eiuſ mortalis: ⁊ que oritur in locis termarum eſt ſicut venenum: et habens folia parua et ſpiſſa eſt malum: et ſimiliter habens criſpa et aſpera: et quod eſt ſubnigrum ſimiliter ē calidum ⁊ ſiccum in quarto. ⁊ ē proximum veneno: nocens membris principalibus que ſunt minera virtutum. Corripitur autem eius nocumentum cū auxilio rerum frangentium venenoſitatem: et extremam eius caliditatem et igneitatem: ſicut cum oleis frigidis et extinctiuiſ ſicut ē muſcillago pſilij et ſuccus portulace: ⁊ ſuccꝰ endiuie proprie. Diaſcorides autem infundit folia eius in aceto per diem vnum et exſiccantur et frangitur eum arte hac ipſius virtus inflamabilis: et ex rebꝰ adhuc emendātibꝰ et remouentibꝰ maliciam eius eſt vt fundantur folia eius in lacte dulci ſūpto ex aſina aut capris: Et quandoq ponuntur folia mezereon in aqua lactis et bulliant cum facilitate et aufertur ſpuma eius ⁊ colatur et propinatur cum ſecuritate. Et nota ꝙ folia mezereon parum ſubſtinēt de decoctione: et cōtritio laborioſa deſtruit virtutem eius. expellunt autem nocumenta eius a corpore. aqua ordei et aqua paſſularum. Uerum aqua endiuie et altaraxacon auferunt inflammationē relictā ab eo in corpore Educit autem aquam citrinā cum fortitudine vehementer. Et mezereon iunctum cum rebus educentibus melancoliam educit eam: ⁊ cum rebus educentibus flegma educit ipſum. Doſis eius eſt a. ʒ. ſ. vſque ad. i. ⁊ hoc in decoctionibus. puluis eius a kiratb. ij. vſq ad. v. Conſeruatur autem annis duobus vel tribus ſi a caliditate aeris preſeruetur ne reſoluatur virtus eius.

Et ſi queratur que eſt differentia inter mezereon ⁊ laureolam. Dico ꝙ eſt magna

Digitized by Google

differentia. Nam mezereon eſt planta lac
ticinia: ⁊ dicitur alio nomine oliuella: ſed
laureola eſt arbuſtum ⁊ non habet lac: ⁊ fo
lia mezereon ſunt ſimilia foliis oliue: ſed fo
lia laureole ſūt ſimilia foliis lauri. Et ſemē
eius non eſt coconidium vt patet per ſera
pionem in ſuo capitulo de ſimplicibus de
mezereon ⁊ in capitulo de laureola vocat
iam daffinidem.

De alſcebram.

Jco quod alſcebram
eſt ſpecies
lacticiniorum et alio nomine dici
tur eſula et eſt ſolutiuum ruſticorum: ⁊ eiꝰ
aliud eſt magnum habens radices rotun
das et groſſas ſpiſſi corticis denſi ⁊ pon
deroſi. aliud eſt paruum habens radices
ſubtiles tenuis corticis: magnum eſt maluꝫ
ſcindens viſcera. Paruum vero eſt illud
quod eligitur. Melior pars plante eſt cor
tex radicis ipſius et habens proprietates
quinqꝫ bonas ſcilicet cuius cortex ſit ſubti
lior ⁊ leuior et facile frangitur et eſt habēs
de rubedine aliquid ſicut radices caſſie li
gnee: ⁊ illa eſt bona ſuper quaꝫ preterijt me
dietas anni et recens menſi ſui eſt mala.

Nigra vero eſt pernicioſa ⁊ orta in lo
cis ternarum: ⁊ melius tempus collectiōis
ipſius eſt principium veris. Et collectio
lactis eius eſt finis veris ⁊ eſt calide com
plexionis et ſicce in principio tertij. Et lac
eius eſt calidius: et diſrumpit orificia ve
narum ita vt ſanguinem manare faciat. no
cet cordi ſtomacho et epati. diſrumpit ve
nas et excoriat viſcera: et relinquit in cor
pore inflammationes cum hoc faciens ca
dere in febres et corrigitur. ⁊ emendatꝰ pri
mum nocumentum quod ex eo timetur per
miſcendo cum eo aliquas ex medicinis cor
dialibus ⁊ ſtomacis et epaticis.

Secundum vero et tertium nocumētuꝫ
corrigitur acquirendo ei bonitatem cuꝫ cō
glutinantibus et conſolidantibus: ſicut eſt
dragagantū proprie et bdellium ⁊ mucilla
go pſilij et ſuccus portulace et ſimilia.

Quartum vero nocumentum eius tolli
tur permiſcendo ſimul ex rebus refrigeran
tibus et extinguentibus ex hoc facientibus
apud me ē vt īfundātꝰ in ſucco altaraxecon
aut ī ſucco ēdiuie et pauco aceto aut ſucco
portulace aut ſolatri et aceto. ⁊ dixit ruff.
ꝙ ſi ſolutio ꝓ ipꝫ ſuperfluat aut laborioſe fi
at: ſedeat ſolutuſim aqua frigida. Mihi
quoqꝫ videtur verbum inconueniens. Cir
cūſtans enim frigidum includit et coadiu
uat virtutem medicine et corroborat eam
nec nō et mās ad vias expulſionum expel
lit ſicut te ſcire fecimus. ſed ſuccurrēdum ē
tunc ſicut in canone diximus: educit fleg
ma vehemēter et aquam citrinaꝫ et humo
res melācolicos et materias a iūcturis: et
cōfert doloribus earum: et eſt ex medicinis
magnis ydropiſis: ſed nocet epati: et deſic
cat corpus vrēs eo: et ꝯſumit ſperma: et lac
eius facit hec omnia vehementius et facit
cadere in febres. Doſis corticis radicis
eius eſt a kirat. ij. vſqꝫ ad. vij. Et lactis eiꝰ
a kirath. i. vſqꝫ ad. iij.

De luf.

Jco quod luf ē
planta que dicitur collum draco
nis et alio nomie ſerpentaria vel dragōtea
et colubrinaria et aliqua habet folia plana
et alia criſpa et radix plane eſt exteriꝰ ad
nigredinem attinens. interius vero alba eſt

Melior pars totius plante eſt radix et
melior radix eſt groſſa completa et orta in
locis liberis: et melius tempus collectionis
eius eſt ver et principium eſtatis. Dicit
Dia. ꝙ criſpa calidior eſt plana. Et dixit
Ruffus ꝙ plana calida eſt in primo criſ
pa in ſecundo. vtraqꝫ nocet ſtomacho a ci
uitate ſua epati. tolluntur autem nocumen
ta predicta ſi detur cum rob aut cum mel

le paſſulatum et ſpeciebus allefanginis: educit flegma ſubtile et groſſum mundificat et confortat renes: prouocat vrinam: excitat coitum et valet pectori et pulmoni: et eſt contra aſma et tuſſim ex habundantia humoris viſcoſi: et proprie ſi fiat loch ex ſucco eius cum melle et rob. Doſis eius eſt a.ʒ.iij. vſqȝ ad.v. Conſeruatur autem radix eius annis duobus.

De feſira.

Jco quod feſira eſt planta quã quidaȝ vocant vitem albam. Cuius radix eſt terrei vel cinericij coloris exterius: interius vero alba et eleuatur ſuper radicẽ ipſius ſtipitis multarum inuolutionũ ſuper alias arbores. et naſcuntur ſuper eam botri ⁊ vocantur vue lupine ⁊ ſpecies eius feſireſim. Cuius radix eſt cinericia exterius ⁊ interius alba: non tamen albedine prioris ⁊ vocatur cucurbita repaliũ.

Feſire ſm dioſcoridẽ eſt calidũ et ſiccũ in tertio. habet nocumẽta ſerpentarie: ⁊ iõ feſire rectificantur ſicut luf. vtriuſqȝ radix et proprie ſuccus eius educit flegma: ⁊ prouocat vrinam ⁊ mundificat cerebruȝ ⁊ neruos ⁊ membra anhelitus a ſuperfluitatibꝰ flegmaticis ⁊ putridis: et aperit opilatiões viſcerum ⁊ renum et confert ſm omneȝ modum adminiſtratiõis eius: et confert epilenſie ⁊ vertigini ⁊ tuſſi et aſmati manifeſte et dolori laterum. Et comeditur tallus eius in primis dum creſcit ⁊ eſt tenera.

Sorbitiones facte ex ſucco eius et frumento cocto ⁊ melle facit exuberare lac. Et ſedere in decoctiõe eius mũdificat matricem et facit aborſum. Et ſimiliter ſuppoſitum ⁊ connexum. Radix quoqȝ eius et ſuccus eius abſtergit faciẽ et fetiditatem cutis et pãnum et veſtigia que remanſerũt poſt: et proprie cum farina cicerum ⁊ fabarum. Doſis autem radicis alfeſire eſt ab aure.i. vſque ad.ij. Et ſucci eius a.ʒ.i. vſqȝ ad.ij. Conſeruatur aũt radix eius duobus annis et vltra.

Jco quod artenita panis alturat vel panis porcinus ſiue pomũ terre ⁊ ab alijs dicitur panis fauij. et ab alijs dicitur ciclamen ⁊ inuenitur ex eo magnum ⁊ paruum. magna autem radix eius eſt in modum rape rotũde cuius pars exterior eſt ſicut terra nigra: interior vero alba ⁊ eleuãtur ſuper radices eius frondes: ⁊ flores ſm ſemitã violarum ſubalbidarum ſine eleuatione ſtipitis. id ẽ turſi ſupra radicem: parum habet radices ſupterraneas plures in modum auellane: et cicerum et eſt calide complexionionis et ſicce in principio tertij: et eſt inciſiuum ſubtiliatiuum et calefactiuum abſterſiuuȝ et mũdificatiuum et aperitiuum. opilationum et ẽ ex rebus ſudorem exuberare faciẽtibus: et maxime mundificantibus cutem et reſoluentibus fetiditatem eius. Dixit Serapio. ꝙ corrigitur ſicut luf et alfiſera educit flegma mucillaginoſum ſumptum et ſuppoſitum et etiam linitum ſuper ſumen et yliã ⁊ partes adiacentes et eſt medicina experta ad yctericiam tali modo.

Accipe ſucci eius.ʒ. quatuor. diſſolue cum zuccaro et coque vſque ad tertiam ꝑtem propinetur in mane ⁊ eſt medicina certa ad yctericiam.

Et dixit grecus ſuccus eius cum ydromelle aut oximelle ⁊ proprie de quolibet ana partes equales cocte ſm ſuperiorem doctrinam.

Eſt nãque medicina experta ad yctericiam citrinam vertens in vaporem fumuȝ et ſudorem materiam eius et proprie ſuccus eius cum ſecaniabin aut mellicrato:

Digitized by Google

Sed oportet vt ſumens cooperiatur multum et ſudet ſudore vehementi ⁊ citrino.

Confert egritudinibus flegmaticis cerebri: et pꝛopꝛie ſi fiat caputpurgiū et confert emigraneam frigidam.

Et emplaſtrata confert colice ⁊ confert ſode ⁊ toꝛture et paraleſi ⁊ mundificat caput et oculos ⁊ confert duriciei ſplenis ſm omnem modum adminiſtrationis eius: et confert ſcropulis ⁊ alijs apoſtematibus: et valde pꝛouocat menſtrua: ⁊ maxime aperit oꝛificia emoꝛoydarum. Et dicitur ꝙ ſi ſuſpendatur in collo mulieris non cōcipit ⁊ linitur ex eo anus et confert egreſſioni eius

Doſis eius eſt ab aure.ij.vſq; ad.ʒ.iiij. ⁊ pꝛopꝛie ſucci eius. Raro conſeruat̄ ſicca quia recens eſt melioꝛ in omni euentu.

De ariſtologia.

Jco quod ariſtologia tres ſunt ſpecies.ſ.longa rotunda ⁊ alia. Radix eius currit ſm ſemitam palmitum vitis. omnes ſpecies eius ſunt calide in pꝛincipio tertij ſicce in ſecundo. videtur ꝙ longa ſit calidioꝛ quāuis eiꝰ terreitas vincat ſuper terreitatem rotunde ⁊ eſt tamen vtraq; aperitiua opilationum reſolutiua attractiua: ⁊ attrahens ſpinas: et fracturas lignoꝛum infixas carni: nocet viſceribus in ſoluendo ⁊ rectificatur vt luſ ⁊ de decoctione ⁊ trituratione rem plenā ſubſtinet: educit ſuperfluitates flegmaticas ⁊ etiam colericas ſm aliquos: et eſt ex rebus maxime mundificatiuis pulmonem et pectus a flegmate ⁊ putredinibus. Et confert iuuamentum manifeſtum aſmati ⁊ tuſſi ſm omnem modum adminiſtrationis eius.

Et rotunda eſt ex rebus mūdificantibꝰ cerebꝛum conferens epilenſie: confert etiam ſtomacho remouens ſingulta ventoſa ⁊ ſedat doloꝛes omnes a ventoſitatibus in viſceribus ⁊ aufert opilationes ſplenis ⁊ ventoſitates in ipſo ⁊ pꝛopꝛie rotunda: et eſt medicina rigoꝛi febꝛium. Doſis eius eſt a.ʒ.i. vſq; ad aure.i. Conſeruatur autem annis tribus et vltra.

De grano regum

Jc quod abelmechuch dicitur pꝛopꝛie granum regum ⁊ eſt ex eo aliud paruū. aliū magnū ⁊ dicitur ꝙ eſt magnum. ⁊ erucha eſt calide et ſicce complexionis in tertio.

Meretur de rectificatione ſicut been pꝛouocat vomitum ⁊ ſolutionem laboꝛioſam: ⁊ educit flegma vehementer ⁊ aliquādo coleram: et materias a iuncturis et aquam citrinam oleū vtriuſq; extrahitur ſicut oleum de amigdalis. Doſis eiꝰ eſt a granis.v. vſq; ad vi. et alterius gra. vij vſq; ad.xv. Conſeruatur per annū vel duos ad plus.

De geneſtra.

Jco quod mabꝛanich eſt capiſtrum arboꝛū et alio nomine dicitur geneſtra et ē arboꝛ mōtana ſuper cuius ſtipitem eleuatur denſitaſ fuſtium multe rectitudinis: Et dum plicantur non paciuntur fracturas vnde ligantur ex eis arboꝛes et producunt floꝛes figure lunaris citrinitatis multe et pꝛoferunt folliculoſos ſeu ſiliquas ſm ſemitam oꝛobi: ſemina diſtincta ſunt ſicut lentes et in lingua latina dicitur geneſtra ſeu merica. Jnquit diaſcoꝛides ꝙ eſt calide et ſicce complexionis in ſecūdo. Et ſemen eius ē calidum.

Jn floꝛe eius et ſtipitibus ipſius eſt humiditas ſuperflua cū virtute inciſiua: qua

re multiplicat vomitum et ſunt omnes par
tes inciſiue ſubtiliatiue: noc; ſtomacho et
cordi. Dixit tamen filagrius quod cum
melle roſa. tollitur eius nocumentum ⁊ ſi
militer cum roſis ⁊ maſtice.

Semen autem eius propinandum ē cu;
aqua mellis: aniſum: aut ſemen feniculi et
dauci et ſimilia auferunt nocumentum ip
ſius: flos eius parum ſubſtinet de decocti
one: ſemen vero plus: educit flegma cum
fortitudine: ⁊ materias que ſunt in iunctu
ris et mundificat renes ab omnibus ſuper
fluitatibus ⁊ prouocat vrinam fortiter et
frangit lapidem in renibus et veſica et non
permittit materias figi in eis: nec dempſa
ri in lapidem et quando flores eius contri
ti propinantur cum melle roſaceo aut cum
ouo ſorbili reſoluit ſcrofulas. oximel ex eis
aut ſeminibus eius reſoluit apoſtemata
ſplenis.

Et ſi frequentatus fuerit cum eis vomi
tus confert ſciatice ⁊ podagre et dolori re
num.

Doſis eius et proprie florum eſt ana: ʒ.
ij. vſq; ad. v. ⁊ ſemen. a. ʒ. ij. vſq; ad. iiij.

Flores etiam meliores ſunt recētes ⁊ nō
conſeruantur. Semen vero conſeruatur p
duos annos.

De elleboro.

Dico quōd elle
borus ē barba alguſ et eius due
ſunt ſpecies ſilicet albus et niger.

Niger vero incolumior et ſaluior eſt al
bo immo minatur albus accidentia terro
ris: niger vero acquirit reiuueneſcentiam
et incolumitatem et quod ex eo magis eli
gitur proprie eſt cuius ſapor eſt acutuſ mor
dicans guſtum et habens colorem ſicut aſ
ſarum et quod eſt frangibile inter ſubtile
et groſſum et medium inter recens et an
tiquum et medium inter ponderoſum et
leue immo plus leue quam ponderoſum:
et quod eſt leue carens aſperitate.

Et melior pars totius plante eſt
eius radix ⁊ melior pars radicis ſunt fuſte
ipſius. et melior pars ipſorum ſunt cutes
eorum. Et melius tempus collectionis eſt
ver et eſtas. albus minoris eſt acuitatis et
mordicitatis: et ē eius mordicitas aſperās
ſubito: ⁊ eſt maioris amaritudinis qua; ni
ger. In alijs autem proprietatis nigri ha
bet ſed albus plus de antiquitate quam ni
ger patitur ꝛc. Niger eſt calidus et ſiccus
⁊ eſt ſubtiliatiuus abſterſiuus corroſiuus:
additionum carnium que fiunt in vlcerib⁹

Et dicitur ꝙ quādo eleborus niger naſ
citur apud radices arborum ſunt fructus il
li ſolutiui. Albus autem calidus eſt et ſic
cus in medio tertij. Et eſt ſimiliter abſterſi
uus mordicatiuus multiplicans vomitum
et faciens ſternutationem cum fortitudine.

Albus corporibus omnibus eſt mole
ſtus imo in eis ſicut venenum prefocans.

Nigri autem virtus vſq; ad tempora
noſtra tollerabilis licet adhuc ſit difficilis.

Inquit enim ypocras. Moleſtus eſt
eleborus eis quorum corpora ſana ſunt.
Ars vero ⁊ ſollicitudo in rectificando ⁊ p
pinando facit eius operationem incolumē

Inquit enim filius Ceſar ſit interenia
bin id eſt mannam ſicut mel et ſubmergun
tur in eo tepido et fuſticulis ellebori nigri
partes couenientes circiter horas octo: et
extrahuntur ab ea ⁊ propinātur alternia
bin habens virtutem ellebori: ⁊ conſimile
fit de melle paſſularum.

Et quandoqꝫ ſubmerguntur in iure gallinarum vel gallorum. Et ſunt qui perforãt radices raffani. ⁊ intromittunt fuſtem ellebori: ⁊ poſt diem auf.runt: ⁊ propinant raphanam babentem virtutem ellebori: daucus autem ⁊ piper longum aniſum ⁊ petroſilinum: ⁊ calamentum ⁊ iſopus ſicca: ⁊ origanum: ⁊ balaſce bonificant operationem eius: bene autem commiſcetur cum epithima polipodia ⁊ ſale indo ⁊ ſimilibus. Confortant enim ſe ſe.

Confectio pillularum nobilium quas ſcripſit baly: quarum iuuamentum eſt vltimum ad egritudines melancolicas: ⁊ cancrum ⁊ lepram ⁊ morpheam nigram difficilem. Quarum hec eſt permixtio.

Recipe yerepigre. ʒ. xii. ellebori nigri pollipodii. añ. ʒ. v. epithimi ſticados diagridii. añ. ʒ. vii. agarici lapidis lazuli ſalis indi colloquintide. añ. ʒ. iii.

Conficiantur pillule cum ſyrupo de epithimo. Doſ earũ ẽ añ. ʒ. i. ſ. vſqꝫ ad aur. ii ⁊ ſunt ſane ⁊ experte. Expellunt autem leſionem vtriuſqꝫ ellebori a corpore aqua mellis ⁊ aqua paſſularum ⁊ aqua ordei ⁊ ius gallarum ⁊ gallinarum. Sumere autẽ puluerem ellebori non eſt tutum. Ellebor⁹ albus euitandus eſt: quia eſt prefocatiuus magis autem preſumendum ſuper nigro: ſꝫ ambe ſpecies conturbant niſi rectificentur ſm artem ⁊ legem. Et non detur elleborus niſi corporibus robuſtis ⁊ animoſis: ⁊ proprie tempore veris. Et datus quãdo ⁊ cui conuenit facit reiuueneſcere ⁊ facit acquirere incolumitatem ⁊ mores laudabiles: ⁊ complexionem bonam: hec eſt enim eius proprietas: ut ypo. dicit.

Et ipſe quidem mundificat corpus totum a ſuperfluitatibus corruptis: ⁊ educit cum facilitate coleram permixtam groſſaꝫ ⁊ flegma: et coleram nigram ſine moleſtia ⁊ mundificat ſanguineꝫ: et attrahit a venis ſuperfluitates permixtas ſanguini: ⁊ eſt ex rebus ſolemnibus in mundificando cerebrum: et caput totum et inſtrumenta ſenſuũ et neruos ac viſcera et veſicam ac matricẽ et confert iuuamentum manifeſtum ac egritudinibus eorum.

Et confert emigranee manie ⁊ melancolie vertigini et epilenſie et confert paraliſi et aque que deſcendit ad oculum.

Et confert egritudinibus iuncturarum: et duriciei: et apoſtematibus eorum et ſcropulis: et eſt ſicut tyriacha: et eſt medicina anthonõſie: id eſt per excellentiam ad leprã et cancrum. et ſpecies berpetis et botbor. Et confert ſonitui auris et ſibilo: et corroborat auditum.

Et confert egritudinibuſ ſplenis et febribus longi temporis et quartane colerice et melancolice: et egritudinibus difficilis eradicationis et prouocat vrinam: et mẽſtrua et ſimiliter remouet egritudines cutis: ſicut eſt morphea: et boras ſm omnem adminiſtrationis et fricatum cum aceto ſimiliter remouet fetidatem cutis et pannum.

Albus vero elleborus fortiter ac laborioſe difficulter mouere facit cum accidentibus terroris et mortis. Et vterqꝫ elleborus confert fiſtulis et vulneribus fraudulẽtis. Doſis nigri ẽ alkirat. vi. uſqꝫ ad tertiam partem vnius. ʒ. vel uſqꝫ ad tertias. ii vel vſqꝫ ad. ʒ. vnam ad plus.

Conſeruantur autem ambo ellebori annis duobus ſi ab extrinſecis bene preſeruẽtur et cetera. et hec de ſimplicib⁹ ſolutiuis ſm Meſ. dicta ſufficiant.

Digitized by Google

Sequitur modus cōſeruandi omnes
ſuccos.

Jco quod ſucci omēſ
quos volueris conſeruare:
conſeruantur ponendo par
olei oliuarū electi ſupra in extremitate ua
ſis: in quo reponuntur ⁊ durant per annū
⁊ non vltra: quia in capite anni debent ſuc
ci de nouo fieri ⁊ antiquiores alterius āni
ſunt abiciendi. ſed ſuccus liquiricie cōdem
pſatur: ⁊ ideo non oportet ponere oleum ſu
pra ipſum. Et ſucci omnes melius conſeruā
tur in vaſis vitreis vel vitreatis.

De modo conſeruandi butirum.

Nota quod buti
rum melius eſt vaccinum: ⁊ debet eſſe ſine
ſale. Et conſeruatur per medium annū vl̄
vſq; ad vnum annum ⁊ plus. Similiter ad
eps galline deb; eſſe recens: ⁊ non antiqua
tam: quia ſi ſit antiquatam amittit comple
xionem ⁊ virtutē ⁊ efficitur ranada ⁊ amit
tit tempamentum: ſed ſi liqueſiat melius cō
ſeruatur. Et adeps anatis ⁊ anſeris: quan
to antiquiores tanto meliores. Et adeps
porcinus melius conſeruatur liquefactus.
Et adeps rerum caprarum ſimiliter. Sed
nota mirabile ſm aliquos ꝙ omnes pigue
dines animalium ſi aſperguntur cum zucca
ro pulueriʒato longo tempore conſeruant̄
Dico ꝙ cito putreſiunt: niſi piſtentur cū
zuccaro pulueriʒato ſimul in vaſe vitreato
reſeruentur.

De modo conſeruandi aquam marinā

Dicō quod aqua
marina ante quartum diem putreſit ⁊ fetet
ſed ſi parum aqua vite cum ea commiſcet̄
couſeruatur ꝑ menſem: quia aqua vita eſt
bona conſeruatrix: quia reſiſtit contra om
nem putrefactionē.

De natura mellis.

Nota quod mel
habet naturā conſeruandi omnia in ſe po
ſita magis quā zuccarum ⁊ magis ꝙ̄ alia
quecūq; res mundi. Et ideo confectiones ⁊
electuaria de melle longiori tempore durāt
ꝙ̄ de zuccaro.

De fructibus.

Amplius dico ꝙ fruct⁹ cru
di in melle ſepulti
vt citonia pſica: et pira in capite anni repe
riuntur adeo pulcra ⁊ illeſa: et quaſi recen
tia: ac ſi tunc ab arbore colligerentur ⁊c.

Sequitur alia doctrina ſm antidotari
um Meſue.

Tigitur ordinato procedam
in hac materia conſeruatiōis
medicinarum compoſitarum.
Incipiam primo a medicinis cōtentis ī
ſecundo libro damaſceni nomine grabadī
id eſt compendium ſecretorum: et eſt aggre
gatio antidotarij. Jn quo facit duodecim
diſtinctiones: ut infra patebit.
Jn prima diſtinctione tractat de electu
arijs aromaticis. Quarum quedam ſunt
dulcia: ⁊ quedam amara: et vtraq; ſolem
nia et habet duos tractatus. Quia in pri
mo determinat de electuarijs dulcibus.
Pro quo ſciendum eſt ꝙ illa electuaria
dulcia poſſunt conſeruari per annum inte
grum ⁊ vltra preter electuarium quo vtun
tur reges et prelati quod non poteſt diu ꝯ
uari. quia ranceſſit. ſed ſolum per quīdecī
dies conſeruatur vel ꝑ menſem ad plus.

In ſecunda parte eiuſdem prime diſtinctionis tractat de antidotis amaris: ⁊ ſunt xviij. vel. xviiij. confectiones amare. Incipit a tyriacha. diateſſeron que confectiões poſſunt conſeruari: vſqꝫ ad duos annos.

In ſecunda diſtinctione tractat de medicinis opiatis. Et põit ſex medicinas opiatas. Et incipit a confectione philonij ꝛc.

Et poſſunt predicte medicine opiate cõſeruari vſqꝫ ad ſex annos.

De Tyriacha magna que eſt medicina opiata quam compoſuit andromacus: ſi q̄ratur quanto tempore conſeruatur. Dico ꝙ ſm intentionem A. in. quinto libro ſui canonis. i. in antidotario ſuo: ꝙ tyriacha ipa facta canonice ⁊ ſm artem conſeruatur vſqꝫ ad triginta anuos: ⁊ etiam uſqꝫ ad quadraginta.

De metridato idem quaſi dicendum eſt quia conſeruatur vſqꝫ ad triginta annos.

In tertia vero diſtinctione tractat damaſcenus de medicinis ſolutiuis. Quarum quedam ſunt aloetice: quedam colloquintide: ⁊ quedam turbicate. ⁊ quedam ſcamoneate: et alie ſub alijs nominationibus.

Et incipit a yeris. Et primo a yerapigra. Et ſunt viginti quatuor ſolutiua. Unde dico ꝙ conſeruãtur a primo anno vſqꝫ ad duos: lꝫ omnes yere poſſunt conſeruari a ſex menſibus vſqꝫ ad quatuor annos: et precipue yerapigra galieni et yera archienis: et yeralogodion.

In ſecunda diſtinctione tractat Damaſcenus de conditis tam de fructibus quam de radicibus. et etiam de floribus ut ſunt roſe. viole. flores boraginis et bugloſſe.

Unde notandũ ꝙ condita et conſerue de floribus uſqꝫ ad annum conſeruantur: et non ultra.

Condita vero de fructibus et radicibꝰ vſqꝫ ad duos ãnos ↄſeruãtur.

Nota ulterius ꝙ cõſerua roſata cuꝫ melle facta plus cõſeruatur q̄ ↄſua roſata de zuccaro.

In quinta diſtinctione tractat Meſue: de ſpeciebꝰ Looch: et ſunt quedã Looch delectabilia: et quedam horribilia mali ſaporis: et conſeruantur vſqꝫ ad duos ãnos licet ego credam ꝙ illa que ſunt horribilia et mali ſaporis longiori tempore conſeruentur.

In ſexta diſtinctione tractat Meſue: de Julep. ſyrupis. et rob. Unde ĩ iſta materia notandum eſt ꝙ de Julep. debemus diſtinguere: quia aut eſt Julep longũ aquoſum pauce cocture: et tale Juleb paucis diebus conſeruatur: et precipue tempore eſtiuo. Aut eſt Juleb bone cocture: et tale cõſuatur p annum.

Similiter diſtingue de Syrupis: quia aut ſunt de zuccaro vł de melle. Si de melle conſeruãtur per duos annos. Si de zuccaro vix conſeruãtur per annum niſi fuerit optime cocture: et bene reſtricti.

Et ſi queratur quomodo clarificantur Syrupi: et Julep ſine albumẽ ouorũ: ita ꝙ ſint clariſſimi et aurei coloris. Dico ꝙ dum coquitur Julep vel Syrupꝰ ſi ponatur intus in vaſe. ℥. i. ſ. ſucci granatoruꝫ acetoſorum in fine decoctionis mirabiliter clarificat. et hoc idem facit parũ vini boni electi qñ vinum granatoruꝫ non haberetur Rob etiam per annum conſeruantur: et etiam uſqꝫ ad duos ſm aliquos. Miua citoniorum ſimplex cõſeruatur vſqꝫ ad annum et forte vſqꝫ ad duos. Sed Miua aromatica uſqꝫ ad tres optime conſeruãtur propter aromata: precipue ſi fuerit bone cocture.

In ſeptima diſtinctione tractat ipe meſue de decoctionibus. et de modo conficiẽdi aquã fructuũ. et de mõ infuſiõis aque caſei.

Unde notãdum ꝙ decoctiones omnes

per tres vel quatuoꝛ dies conſeruantur: et ſimiliter aqua fructuum: ⁊ maxime in eſtate. Et inter omnes infuſio facta in aqua caſei minus conſeruatur: quia vix per vnum Aut per duos dies conſeruantur. Et ponit xiiij. modos decoctionu ꝫ

In octaua diſtinctione tractat Meſue de trociſcis. ⁊ incipit a confectione gallie muſcate. ⁊ ponit triginta ſpecies trociſcoꝛũ ⁊ conſeruantur vſqꝫ ad ſex menſes. Sed trociſci ſtelle vſqꝫ ad duos annos

In nona diſtinctione tractat Meſue: de ſuffuf id eſt pnlueribus. ⁊ ponit ex eis duas ſpecies: que conſeruantur cum virtute ſua uſqꝫ ad duos menſes. licet ſm opinionem aliquorum poſſint conſeruari vſqꝫ ad ſex menſes. Sed ego non adhereo huic opinioni: quia in ſpacio ſex menſium virtutes pulmoꝛum reſolnuntur efficiuntur debiles: quare ꝛc.

In decima diſtinctione tractat meſue: de pillulis. ⁊ ponit quadragintaquinqꝫ ſpecies pillularum. Et incipit a pillulis alleſãginis.

Unde notandum ꝙ pillule omnes conſeruantur cum bona earum virtute ⁊ operatione uſqꝫ ad ſex menſes: ⁊ debẽt teneri in magdalionibus ⁊ non in puluere: quia non conſeruantur: immo nullam: aut remiſſam faciunt operationem: ⁊ debent conſeruari in loco non exceſſiue calido: nec pꝛope ignem: neqꝫ ad ſolem: quia in exceſſiuam duriciem: ⁊ lapideitatem conuerterentur: tunc nullo modo debent medici eas exhibere: ſed penitus abijcere: quia ſi darent eas toꝛquerent coꝛpus: ⁊ nullam penitus operationem efficerent.

Nota vlterius ꝙ pillule alleſangine non poſſunt conſici niſi ſemel in anno. ſcilicet in diebus eſtatis de menſe Junij vel Julij: ⁊ ſic iſta tantum ſpecies pillularum per ãnuꝫ cõſeruatur.

In vndecima diſtinctione tractat Meſue de vnguentis emplaſtris ⁊ cerotis. Et incipit iſopi cerotum: ⁊ ponit ſexagitaduas ſpecies omibus computatis ⁊ cõſeruantur ut plurimũ uſqꝫ ad ãnũ.

In duodecima ⁊ vltima diſtictiõe tractat Meſue de oleis. In qua diſtitiõe ponit ſexagitaſex ſpẽs oleoꝝ.

Unde ſi queratur de oleis quãto tempoꝛe cõſeruãtur. Dico ꝙ diſtinguẽdum eſt de oleis. Quia aut ſunt frigida aut temperata: vel calida ĩ pꝛimo: aut ſunt calida ĩ ſecũdo vel tertio vel quarto gradu.

De oleis itaqꝫ frigidis: ut eſt oleum roſatum: ⁊ precipue factum ex oleo onfãcino ⁊ roſis ĩcompletis. ⁊ ſimiliter oleum violatum ⁊ oleum roſatum factum ex oleo oliuarum maturarum ⁊ roſis completis: ⁊ oleuꝫ de mãdragoꝛa: ⁊ oleum de papauere: et oleum de mirto: ⁊ oleum citonioꝛum: ⁊ cõſimilia durant per ãnum: ⁊ quolibet ãno renouãtur: quia trãſacto ãno rãceſcũt et efficiũtur nõ habẽtia virtutem faciẽtem ad intẽtiõem medici.

Olea vero temperata: ut oleum amigdalarum dulcium. et oleum de ſiſamo nõ conſeruãtur niſi per mẽſem: quia ſubita rãceſcũt: Olea vero calida ĩ pꝛimo ut oleum camomillinum: oleum de keyri ⁊ oleum liliorum alboꝛum cõſeruantur per ãnum ⁊ nõ vltra Alia vero olea calida: ut oleũ de aneto de ſpica: oleum de yreos: oleum de croco: et de piretro: oleum de pipibus oleum de coſto: de euſoꝛbio: ⁊ reliqua talia ꝑ duos: aut per tres annos cõſeruãtur: ⁊ ſm aliquos quãto ãtiquioꝛa tãto melioꝛa.

Et ſimiliter oleum balſami quãto ãtiquius tãto melius. Et hec de cõſeruatione medicinarum compoſitarum ſm diſtictiones Meſue dicta ſufficiãt.

Nota ꝙ quilibet expertus aromatarius debet ſcribere ſuper uaſa electuarioꝝ opiatarum ⁊ etiaꝫ

ſuper uaſa medicinarum ſolutiuarum tem
pus in quo compoſite fuerint ab eo ut medi
cus ſciat de eo etatem illorum in vetuſtate
⁊ recentia: ⁊ precipue in medicinis opiatis
propter periculum exhibitionis earum.

Alia doctrina ſm Serapionem.

Circa predictam materiam ego
deſcribam aliqua ⁊ non
omnia ſm Serapionez in antidotario bre
uiarij ſui capitulo. trigeſimoquarto. de me
dicinis compoſitis quantum remaneat ope
ratio earum. Et primo de tyriacha.

Tyriacha dicit ꝙ remanet ex ſex men
ſibus vſq; ad triginta annos.

Tyriache Eſdre conſeruatur: vſq; ad
annos duos.

Trociſci regis ⁊ bedrumeron ⁊ de ſquil
la uſq; ad duos annos conſeruantur.

Segenia ⁊ filonium conſeruantur vſq;
ad tres. Et Salienus de medicina phi
lonij dicit ꝙ quando datur poſt duos an
nos: ⁊ poſt illud non valet; quia minuitur
odor eius ⁊ fit inſipidum: ⁊ debilitatur o
pus eius.

Diacucurma uſq; ad annum conſerua
tur: vel uſq; ad annū cū dimidio ad plus.

Emoroiſia conſeruatur; vſq; ad duos
annos.

Stomaticon conſeruatur vſq; ad tres
annos.

Confectio de muſca conſeruatur: vſq;
ad annum vnum.

Medicamen diarundinis conſeruatur
a ſex menſibus vſq; ad tres annos. Et
ſimiliter relique confectiones que prouocat
vrinam conſeruantur vſq; ad tres annos.

Diamarte conſeruatur vſq; ad duos
annos

Confectio anacardina cōſeruatur a ſex
menſibus: vſq; ad tres annos.

Sanguis hirci exſiccatus conſeruatur
a duobus menſibus vſq; ad tres annos.

Athanaſia a ſex menſibus conſeruatur
uſq; ad ſeptem annos.

Due deſcriptiones theodorici: ⁊ yeralo
godion ⁊ yera archigenis: ⁊ yera Salieni
conſeruantur a ſex menſibus: vſq; ad qua
tuor annos.

Pillule omnes conſeruantur a duobus
menſibus vſq; ad ſex.

Suffuf. id eſt pulueres conſeruantur a
duobus menſibus: ⁊ tunc operatio eorum
eſt fortis vſq; ad ſex menſes: ⁊ tunc eſt eo
rum operatio debilis.

Trociſci reliqui q̄ ſunt ad febres ex die
ſuo faciunt operatōem fortem vſq; ad ſex
menſes.

Olea alia operantur donec rancida fi
ant; cum ergo incipiunt rancida fieri: conſ
uantur uſq; ad ſex menſes.

Oleū vero balſami quāto plus antiquo
tanto melior ⁊ fit eius operatio fortior.

Emplaſtra ⁊ vnguenta omnia nō cōue
niūt ad aliquid.

Syrupi omnes conſeruantur: ex hora
ſua uſq; ad duos annos. Et. Salienus quī
dem dicit ꝙ remanſit apud eum rob cito
niorum ſeptem annis preterq̄ mutaret vir
tus eius neq; guſtus ipſius. Et hoc de con
fectione medicinarum compoſitarum ſm
ſententiam Serapionis dicta ſufficiant.

Sequitur alia doctrina ſm intentio
nem Nico.

Conſequenter
intendo ponere intentionem nycolai in con
ſeruando quedam medicamina electuaria
uſa atq; confectiones quas in ſuo antido
tario paruo deſcripſit pcedendo ſm ordi
nem alphabeti quanto tempore conſeruari
valeant ab aromatarijs. Et primo dico
de aurea alexandrina.

Aurea igitur alexandrina cōſeruari po
teſt in ſua efficacia ⁊ virtute aīs. v.

Adrianum conſeruatur annis ſeptem.

Athanaſia conſeruatur annis trib⁹.

Digitized by Google

Blancha conſeruatur annis duobus.
Benedicta annis tribus.
Diamargariton annis duobus.
Diazinziber annum vnum.
Diacomiten annum vnu3.
Diaciminum annis duobus.
Diacalamentum annum vnum.
Diarodon annum vnum.
Diaſatirion annum vnum.
Dianthos annum vnum.
Diaytis annum vnum.
Diuolibanum annis tribus.
Diaſene annis duobus.
Diagragantum annum vnum.
Eſdra ꝑ ſepté annos melioꝛ ⁊ iudicat̄.
Electuarium pliris arcoticon per ānos duos.
Electuarium frigidum per annos quinq3
Electuarium ducis per annos tres.
Electuarium de ſucco roſis per annos duos.
Emplaſtrum ceroneum conſeruari poteſt per annos quinq3.
Emplaſtrum apoſtolicon diu conſeruari poteſt.
Filo antropos ꝯſeruatur per annos tres
Juſtinum conſeruatur per annos duos
Litontripon conſeruatur per ānos duos.
Metridatu3 conſeruatur per annos decem.
Muſa enea per annos ſeptem.
Oppopira conſeruatur per annos ſex.
Oxilaxatiuum per annos quinq3.
Oximel per annos duos.
Potio ſancti pauli conſeruatur per annos duoſ.
Paulinu3 conſeruatur per annos tres.
Pigra conſeruatur per annos duos;
Pillule auree per annum vnum.
Pillule de quinq3 generibus mirab. ꝑ annum vnum.
Pillule de caſtoꝛeo conſeruantur per ānos duos.
Pillule vero cetere non conſeruantur. vltra ſex menſes.
Roſata nouella conſeruari poteſt per annum vnum.
Rubea trociſcata per annos.v.
Rodomel per annos tres.
Requies per annos tres.
Stomaticon conſeruatur per annum vnum.
Tyꝛiacha magna conſeruatur per annos triginta.
Triſera magna per annos tres.
Triſera ſarracenica per annum vnum.
Triaſandali per annum vnum.
Theodoꝛicon cōſeruatur per annos duos.
Vomitus patriarche: conſeruatur per annos duos.
Vnguentum aureū conſeruatur per annos tres.
Vnguentum dialtee conſeruatur per annos tres.
Vnguentum Arrogon conſeruatur per annum vnum.
Vnguentu3 marciaton conſeruatur per annos duos.
Vnguentum Agrippa conſeruatur per annos tres.
yeralogodion cōſeruatur ꝑ annos duoſ
yerapigra per annos duos.
yera ruffini per annum vnum.
yera abbatis ſm Nicolaum conſeruat̄ per annos duos.

Sequitur alia doctrina.

Nota q̄ ſemp̄ ⁊ etiam ſupꝛa dixi: quilibet peritus ⁊ fidelis aromatarius in vaſibus ſuis debet facere ſupꝛaſcriptionem menſis ac diei ī quo conficit ſyꝛupos. pillulas confectiones electuaria: ⁊ pꝛecipue opiata: que non ſunt ante ſextum menſem: vel ante annum exhibēda: ut ſciat medicus tempus pꝛeciſe in quo facte fuerint ipe medicine: ut congrue ⁊ cu3

conſcientia ac etiam ſine periculo ſciat eas exhibere cum fuerit oportunũ. Et hec de conſeruatione medicinarum compoſitaruꝫ nicolai dicta ſufficiant.

Alia doctrina.

T repoſitio

rerum humidaruꝫ ſicut ſunt ſucci et gũme liquide et confectiones ac electuaria liquida et ſimilia oportet eſſe in vaſis groſſis. de vitro vel terra vitreata: vel de argento vel cornu et ſimilibus. Sed medicine molles que ſunt conuenientes medicinis oculi debent reponi in vaſis eneis.

Sed vnguenta in quibus igreditur pix allzitran et acetnm oportet ꝙ reponas ĩ vaſis: ⁊ pinguedines et cerebella ⁊ omne pingue oportet reponi in vaſis factis de ſtagno. Et omne quod eſt ex pulueribus ſicut puluis yerepigre oportet reponi in vaſe terreo ſtricti orificij. Et opiletur os eius cum cera ne reſoluatur et minuat virtus eorum. Et oportet ꝙ reponantur rob ſiue ſint vuarum ſiue citoniorum ſiue malorum aut mirti et ſimilium in vaſe terreo nouo: quia terra trahit ad ſe humiditatem que eſt in eis ⁊ magis preſeruantur a deſtrictione. Et olea debent reponi in vaſis vitreiſ et os vaſorum debet reſtringi ne deſtruant ⁊ feteant. Et oportet reponi omnes ſpecies aromaticas ad aromatizandum in vaſis aureis vel argenteis deauratis: aut in vaſis de porcellionibus aut ex vitro. Et omne acetoſum quod debꝫ ſeruari oportet reponi in vaſe linito cera: vel pice. Et oportet repõi in vaſe vitreo omne viuum quod habet ſubſtantiã equalem que eſt ſignum ſuperdurabilitatem eiꝰ et ſuper prohibitionem ſue corruptionis.

Et omne vinum cuius ſubſtantia eſt inequalis cuius ſignum eſt ſuper corruptione eius facile et quod non diu poſſet ſeruari oportet ſeruari in vaſe terreo vt terra exſiccet humiditatem eius ſuperfluam que eſt cauſa ſue corruptionis ꝛc.

Tyriacha vero melius conſeruatur in vaſe aureo vel plumbeo aut ſtagneo. ⁊ ſic eſt finis huius ſexte particule.

Septima et vltima particula de omnibus rebus neceſſarijs tenendis in qualibet aromataria

Ltimo pro

complemento huius vtiliſſimi tractatus volo ponere compẽdioſum capitulum de rebus cõmuniter neceſſarijs et vſitatis in qualibet aromataria vel apotheca debito modo ordinanda et ſigillatim ſm diuerſos doctores. Et dicaꝫ de herbis vſualibus floribus. folijs. ſeminibus. radicibus. aquis. ſtillatis. fructibus. ſuccie. liquoribus. oleis. medicinis compoſitis vt pillulis electuarijs. confectionibus ſyrupis et alijs neceſſariis ꝛc.

De electione loci in quo debet fieri apothecaria.

In primis igitur

vt ſupra dixi debet quilibet aromatarius locum aptum eligere in quo faciat apothecam aptiſſimã ad res medicinales conſeruandas ita ꝙ ſit a ventis et ſole ac pulueribus defenſe. Et ꝙ nõ ſit humida nec fumoſa aut puluerulenta quia omnia predicta habẽt tam ſimplices quam cõpoſitas medicinas corrumpere.

Incipiamus ergo primo de ſeminibus enceſſarijs et vſualibus. ⁊ ſunt iſta.

Semẽ Juſquiami. Cardamomi. Sileris montani. Sinapis. Peonie. Ameos. Dauci. Carui. Amomi. Leuiſtici. Petroſilini. Feniculi. Aniſi. Cimini. Sparagi. Apij. Ruthe Millii ſolis Lini Fenu greci altee. Berberis Papaueris albi et nigri.

Semina quatuor maiora frigida ſcili

Digitized by Google

cet Melonis. Cucumeris
cucurbite citrulli
Semina quatuor minora frigida ſcili-
cet portulace Scariole
lactuce endiuie
aceroſi eufragie
urtice pſilij
rape ſilueſtris geneſtre
Semen ſanctum ideſt alexandrinum p
vermibus puerorum.
Semen roſis quod antea dicitur.
Semen caulinij.
naſturcij coriandri
cathapucie maioris dicitur herua vel gra
num regum
lupini nigelle
baſiliconis milei
ordei
frumenti.i.tritici

De fructibus

Fructus capobalſami
gariofilus nux muſcata
nux inda nux methel
anacardi bacce lauri
melanopiper piper album
macro piper caſſiafiſtula
tamarindi colloquintida
pinee.
Amigdale auellane
dactili paſſule
carice mirabolani omnes
ſumach mirtilli
Cubebe oliua
iunipera pruna
ſebeſten melones
paleſtini citonia
iuiube ſorbe
pira poma
arom atica fructus ſcilicet citr
et ſimilia
alkengi anacardi

De floribus.

Roſe
viole
bugloſſe
agni
caſti
hepri
antos
taſſi
babraſſi
balauſtie
ſambuci
epithimi
baſiliconis
nenufaris
melliloti
boraginis
camomille

Folia ſcilicet
borago
menta
bugloſſa
calamentuz
endiuia
pulegium
ſcolopēdria
mentaſtrum
tamariſcus
ſerpillum
aſſarum
maiorana
lupulus
ſaluia
Fum9 terre
roſmarinuz
epithimus
rutha
thimum
ſena et eius
follicula
abrotamuz
centonicum
ſpicatriplex
cuſcute

abſinthium
ſaxifragia
camedreos
camepiteos
arthanita
arthemiſia
mirtus
matricaria
graminea
vſnea ideſt
herba val-
de minuta i
tectiſ domo
rum.
trifolium
ſquinantum
rutha
Laureola
laurus
taſſus
barbaſſus
craparia
eſula
rutha ſilue
ſtris
herbena
titimalus
celidonia
pes coruinª
ſiue flãmula
pes colũbi-
nus
feniculus
camomilla
mellilotum
centaurea
corrigiola
ſauina
millefolium
baccara
cime rubi
barbana
ideſt lapa
ſu ideſt va
leriana
luſ ideſt ſer
pentaria vł
dragontea
cretani ma
rini
ſoldana ſi-
ue ſoldanel
la.
cõſolida tri
plex.
plantago
nenufar
filependula
calendula
primula ve
ris
materſilua
aquilegia
betonica
pipera
lingua cerui
na
ſcolopẽdria
vmicularis
ſempuiua
cimbalaria
epatica
centruʒ galli
cauda eqna
eupatoriuʒ
ſolatrum fu
riale
ſolatruʒ mi
nus
praſſiuʒ
iſopus
polipodiuʒ
filix
portulaca
linaria
angelica
pimpinella
paritaria
virga paſto
ris
ſticados
ſcabioſa
ſerpillum
polium
cucumer aſininus
capillus veneris
lapacium acutum
Agrimonia
ypericon.i.perforata
cum radicibus.
allzelzengi
caulis
viole
blette
mercurialis
altea
malua
vrtica
ozimnm
gariofilatum
raffanus
verucaria gariofilata
pentafilon.i.herba quiqʒ
foliorum
colarea
folia
ſalicis arboris
graſſula

De lignis

Lignũ aloes.i. xiloaloes.
xilobalſamum
ſandali trium generum ſci
licet albi rubii ⁊ citrini
lignum thamariſci

Cortices

Cinamomum
caſſia lignea
cortices mandragore
cortices citri
cortices granatorum
cortices raffani
cortices ſambuci
cortices radicũ capareoꝝ

Digitized by Google

coꝛtices
thuris
Radices
Reubarba
rum
reuponticuꝫ
rubea ſinto
rum
ʒodario
ʒinʒiber
coſtus
Meu
calamus
aromaticus
galanga
polipodiuꝫ
cartamus
ſumac
peoꝛam
yringi
accoꝛus
liquilitia
yreos
diptamus
hermodatti
li
turbit
Ariſtologia
vtraqꝫ
gēgrana
ciclamen
eſula
fu.i.valeria
na.
cipus
filipendula
ſatirion
radices ſex
diuretice.ſ.
ſparagi
petroſelini
bruſci
feniculi
geneſtre
apij

enula
vitis alba
ebuli
ellebori vtri
uſqꝫ bawcie
ben al.⁊ ru.
maluauiſci
agaricus
Suci
Mā̄na.licꝫ
ſit ros de ce
lo cadēs
opium
ypoqſtidos
acacia
aloes
laudanam
Scamonea
q ſꝫ aliquoſ
eſt ſucc⁹ vo
lubiliſ maio
ris. ⁊ ſꝫ ali
os eſt ſucc⁹
cui⁹dā ſpēi
titimalli.
ſuccus liqui
litie
ſanguis dra
conis
cāphoꝛa
cera
ſuccus blete
⁊ violarum
balſamus
oleum
vinum
mel
Succ⁹ gra
natoꝛum
ſuccus cito
nioꝛum
ſuccus roſa
ruꝫ ⁊ acetū
ſuccus feni
culi.

agreſta ⁊ abſinthij
ſuccus ſolatri
ſemperuiue
cucurbite
cucumeris
angurie
ſquille
lac titimali
ſuccus coꝛticū medianoꝝ
ſambuci.
ſuccus ebuli:licium
ſuccus yreos
ellaterium:lit.
lac exule.et omnium lacti
cinioꝛum
ſuccus celidonie
ſuccus rutbe ⁊ ſimiliū her
barum vſualium.

De gūmis.

Mirra
thus
eufoꝛbium
galbanum
ſerapinum
opoponacum
bdellium
armoniacum
ſtoꝛax
pix vtraqꝫ
ſandaraca
maſtix
gumi arabicum
dragagantum
karabe
gumi cedri
gumi elemi
gumi ederē.
gumi abietis
terbentina
reſina.i.gumi pini
gumi feniculi
gumi rutbe
Potes his addere gluten
ideſt cola.ſ.piſcium

De oſſibus.

Digitized by Google

Os dat
tillorum.
oſ cornu cer
ui.
De aliis
vero oſſib⁹
quibus vti
mur dicet i
mediate i ſe
quēti rubri
ca.ſ. de ſup
fluitatibus
animaliū ⁊c
De ſuper
fluitatibus
animalium
Caro le
oniſ
epar ⁊ inte
ſtinuz lupi.
pulmo vul
pis
pellicula in
terior ſtōaci
gallinaruz.
ſplen pulli ⁊
equi.
coagulu3 le
poriſ eſt me
lius oibus
aliis
coagulū edi
caprioli
vituli
aſſūgia por
cina.
gallinacea.
aſſungia
anteſerina
leonis
equina
vrſina
taſſionina
hircina

vulpina
gattina
vulturina
humana
Similiter
cepū capre.
hirci medul
la cruris oſ
ſium
vituli; ceruí
vacce
aſini
os de corde
cerui.
fel tauri
ſel hircinuz
⁊ capre
fel leporis.
⁊ teſtudinis
ſel ācipitris
⁊ aquile
ſeruz lactis
lac qòcūq3
butirum
mel ⁊ cera.
ſanguiſ colū
bi.
ſanguis hir
cinus.
os ſepie.
muſcus
ſiricu3 cōbu
ſtum ⁊ cru
dum
ſtercus colū
binum
ſtellioniſ
muris.
humanū
ſterc⁹ galli.
ebur.i. auo
lium
Spodiū q̄
ſm aliquos

⁊ precipue ſm circa inſtās
eſt ebur ſiue os elephātis
cōbuſtū loco cuius mali a
pothecarii ſophiſticātel ar
tē vtūtur oſſe arietis cōbu
ſto. Aui. vero dicit q̄ verū
ſpodiū fit ex radicib⁹ can
narū vſtarū.
Margarite.i.p'le q̄ ſm ali
quos repiūtur in garſis et
auriculus piſciū vel in cō
chiliis. Caſtoreū ⁊ ſunt
teſticuli illius aīalis noiati
ſuo noie caſtor

De metallis

Aurū. Argentum.
calcumenon
plumbum vſtum
battitura eris
marcheſita ceruſa
litargirum Minium
Argentum viuum
argentū ſublimatum

De lapidibus

Margarite.i.perle
Lapis lazuli.
lapis ematites
lapis lincis. Magnes.
coralli vterq3
lapis armeni
lapis iudaicus. Criſtallus
Antimoniu3
marmor. Cinabrium

De fragmentis et gum
mis precioſis

zaphiri
iacincti
granate
ſmeraldi
robini et alioru3 vt ſardi
nus ⁊ baliſti.

De quibuſdam ſpecie
bus terre que ſic naſcunt.

Aſpaltum

Digitized by Google

chimoles
ſulfur
alumen
zuccarinum
allumē iamēi
alumē liqui-
dū de rozza.
terra ſigilla.
vitriolū.id ē
flos eris
auri pigmen
tum.
lutū armenū
i.bolū arme
num.
arſenicum
De ſpecie
bus ſalis.
Sal cōe. id
eſt ſal panis
vel ſal maſſe
ſal gēma
ſal indum
ſal armōiacū
ſal nepticum
ſal nitrum
ſal alchali
Sequitur
de ꝯfectioni
buſ in forma
ſolida.
Diacina
momū Me.
diagalāga ſꝫ
A.ꝛ ſꝫ. Me
Aromaticuꝫ
gariofilatum
deſcriptione
gabriel. M.
diaciminum
Meſue.
diābra. me.
Diamuſcus
meſ.ſ.dulce.
Aromaticuꝫ
gariofilatum.ſ.
meſue.
diaturbit
diadragagātū.
diacodiō abba
tis nicolai
deſcopb Me.

De elcūariis.
Diacaſſiafiſtula
yeradiacolloqn
tidos meſue.
yerapigra meſ.
yerabermet me
Electuarium in
dū.me.
Electuarium de
ſucco ro.me.
Electuarium a-
mech me.
Electuariū dia
ſinicō meſue
Electuariuꝫ de
pſilio me.
Electuariū eleſ-
copb meſue
Confectio ana
cardina meſue.
Electuarium de
ſorbis me.
Electuarium re
gum meſue
Electuariuꝫ de
gēmis meſue.
Diatrion piperi
on ꝛ pōt fieri ſꝫ
meſue ꝛ ſm ga.
et ſm nicolaum
Diacucurma
Meſue
Benedicta Nic.
Paulinū nico.
Iuſtinū nicolai
Theodoricon a
nacardinū nico.
Catarticon īperiale
nicolai
Pliris arçoticō nic.
Athanaſia nicolai.
diaſatirion nicolai.
Diapraſſiū nicolai.
Diaſene nicolai.
yeralogodion nico.
Diacatolicon
Diamargariton Ni
colai.
Requies nicolai
Philonium perſicū
Meſue capitulo de
ſputo ſanguinis a pe
ctore
Philonium roma-
num Auicenna quin
to canone auctorita
te Sa.
Electuarium de bac
cis lauri.
Dyairis nicolai
Diapendion nicolai
Micleta nicolai.
Letificans almanſo
ris.
roſata nouella nico.
Diacitoniten nicolai
Electuarium reſtau
ratiuum nicolai.
Stomaticon laxati
uum nicolai
Electuariuꝫ liton tri
pon nicolai
Tyriacha androma
chi ſm Auicē.
Tyriacha diateſſe-
ron ſm meſue.
Metridatū ſm nico
Alipte muſcate.

De conditis.
zinziber conditum
Secacul meſue.

Digitized by Google

Acori conditi meſue.
zuccarum boraginatum meſue.
zuccarum bugloſſatum meſue.
zuccarum roſatum meſue.
zuccharum violatum meſue.
Mel violatum meſue.
Mel roſatum colatum ⁊ non colatum: Meſue.
Hebuli conditi meſue.
Miue citoniorum ſimplex vel aromatica.
Trifera magna nicolai.
Trifera minor meſue.
Trifera ſarracenica meſue.

De ſpeciebus Looch

Looch de pino meſue.
Looch ſanum ⁊ expertum meſue.
Looch de ſquilla meſue.
Looch de papauere meſue.
Diamoron meſue.
Mel nucum.
Diacodion nicolai.

De Julep.

Julep violatum meſue.
Julep roſatum meſue.
Et nota ꝙ ſemper Julep fiunt ex aqua diſtillata ⁊ zuccaro. Et etiam poſſunt fieri ex infuſionibus vel decoctionibus.

De Trociſcis.

Trociſci de gallia muſcata: Nicolai capitulo de confectione gallie muſcate: ⁊ etiam meſue: facit capitulum de trociſcis gallie alleſangine.
Trociſci de reubarbaro meſue.
Trociſci de ſquilla nicolai.
Trociſci de alkekengi meſue.
Trociſci de abſinthio meſue.
Trociſci de karabe meſue.
De eupatorio meſue.
De lacca meſue.
De roſis meſue.
De camphora meſue.
De ſpodio meſue.
De terraſigillata meſue.
De caparibus.
De mirra almanſoris capitulo de prouocatione menſtruorum.
Diarodon abbatis meſue.

De ſpeciebus rob.

Rob de berberis meſue.
Rob de ribes meſue.
Rob de agreſta meſue.
Rob de moris meſue.
Rob vim quod fit communiter cõſumpta medietate vini ⁊ ipſum faciunt multi conſumptis duabus partibus.
Rob de citro meſue.
Rob de mirto meſue.
Nota ꝙ ſupa eſt idem quod vinum coctum: vel rob de vino.

De oleis.

Oleum de amigdalis dulcibus me.
De amigdalis amaris. meſue.
Liliorum alborum me.
De camomilla meſue.
De keyri.
Anetinum meſue
De abſinthio meſue.
Yrinum ideſt yreos meſue
Nardinum ideſt de ſpica meſue.
Maſticinum meſue.
De capparibus nicolai.
De nucibus meſue.
De frumento meſue.
De euforbio meſue.
De piperibus meſue.
De croco meſue.
Vulpinum meſue.
De ſcorpionibus meſue
De lateribus meſue.
De terbentina.
De tartaro.
De ſemine lini.
De cinamomo meſue.
De menta meſue.

Digitized by Google

De rutba meſue
Onfancinum meſue.
De lerua meſue
De anthos
Roſatum Meſue.
Mirtinum Meſue.
De nenufare meſue.
De citoniis meſue.
De iuſquiamo
De mandragora nicolai
De cucurbita meſue.
De ſalicibus.
De ſerpentibus meſue.
De ſtellionibus meſue.
De ſambuco. id eſt de floribus.
Siſmini meſue.
De ſinapi meſue.
Balſaminum meſue.
De Junipero meſue.
De ſtinco meſue.

De vnguentis.

Unguentum arrogon nicolai.
Marciaton nicolai.
Agripa nicolai.
Populeon nicolai.
Dialtea nicolai.
Citrinum nicolai.
Apoſtolorum. A. quinto cano.
De ceruſa cum aceto: ⁊ ſine aceto ſm nicolaũ.
Egipciacum meſue.
De iſopo humida.
Baſilicon meſue.
Raſinuȝ.
De litargiro.
Keraſeos meſue.
Roſatum meſue.

De emplaſtris.

Emplaſtrum de mellilloto meſue.
De ſinapi meſue.
Diaſinicon meſue.
Diaquilon meſue.
Stomaticō galieni meſue.
Oxicroceum nicolai.
Emplaſtrum relatum ad heraſiſtrato ſm meſue.
Infrigidans galieni meſue.
Emplaſtrum de gallia frigidum ⁊ calidum meſue.
Emplaſtrum de xilo aloes meſue.

De ſyrupis.

Syrupus roſatus nicolai.
Uiolatus meſue.
De endiuia.
De cicorea.
Acetoſus ſimplex meſue.
Oximel ſimplex meſue.
Oximel compoſitum meſue.
Oximel ſquilliticum meſue.
Oxizaccara nicolai.
Mel roſatum colatum meſue.
Syrupus de tribus radicibus meſue.
De quinqꝫ radicibus meſue.
De menta meſue.
De calamento meſue.
De fumoterre maior nicolai.
De abſinthio meſue.
De eupatorio meſue.
De ſticados meſue.
De epithimo meſue.
De mirto meſue.
De praſſio meſue.
De iſopo meſue.
De liquiricia meſue.
De Juiubis.
De pomis meſue.
De ribes meſue.
De nenufare nicolai.
De berberis.
De cucurbita meſue.
De portulaca meſue.
De acetoſitate citri. meſue.
De limonibus.
De papauere meſue.
De agreſta meſue.
Diameron nicolai.

Digitized by Google

Poſt hos ſyrupos alique decoctiones Meſue.
Miua ſimplex.
Miua aromatica.

De aquis.

Aqua roſata	Aqua violata.
Endiuie	Cicoree
Aſinthij	Mente
Lupulorum	Acetoſe.
Scabioſe.	Capillorum ve.
Boraginis.	Scolopendrie.
Tamariſci.	Maiorane.
Saluie	Peonie.
Calamenti	Sticados
yſopi	Pſilij
Emile	Arthemiſie.
Conſolide triplicis.	Betonice.
Feniculi.	Sparagorum.
Berbene Gramiee	Ruthe
Cuſcute.	Melliſſe.
Altee.	Roſmarini.
Celidonie	Eufragie.

Aqua vitis que cadit ex vite.

Cretanorum.	Florum geneſtre.
Sauine.	Millefolij.
Abrotani.	Centonici.
Apij. Acori.	Solatri.
Epatice.	Cucurbite.

Aqua angurie ⁊ cucumeris foliorū edere Corticum fabarum viridium: ⁊ ipſarum fabarum proprie.
Aque vite: que alio nomine dicitur aqua ardens: ⁊ fit de vino et ē mirabilis ad multa pro ſalute hominum: ⁊ precipue quādo de ea fit quinta eſſentia.

Nota ꝙ decoctiones etiam poſſunt fieri ex aquis predictis: ⁊ precipue quando non habemus tempus ⁊ aptitudinē diſtillandi.

De pillulis.

Pillule communes ex aloee: mirra ⁊ croco ex inuentione ruffi ſm aliquos.
Quarum deſcriptio etiam ponitur quarto almanſoris capitulo de preſeruatione a peſtilentia.
Pillule de yerapigra nicolai.
Pillule de yera cum agarico.
Pillule de agarico Meſue.
Allefangine Meſue.
De reubarbaro Meſue.
Cochie almanſoris capitulo de ſoda.
Auree nicolai.
Lucis maiores meſue.
Aggregatiue ex inuentione noſtra meſue.
Fetide maiores meſue.
De benedicta nicolai.
Pillule de yeralogodion nicolai.
Pillule de ſerapino meſue.
Pillule de bdellio meſue.
Stomatice meſue.
Inde meſue.
Arthetice nycolai.
De lapide lazuli meſue.
De turbit meſue.
De croco meſue.
Alandal meſue.
De ſarcocolla meſue.
De yera compoſita.
De eupatorio meſue.
De yera ſimplici meſue
De hermodactilis maioribus meſue.
De fumoterre. A. quarta quarti capitulo.
De cura ſcabiei et pruritus:
Aſſaiareth. A. has pillulas deſcribit generales prima tertij capitulo de cura egritudinum capitis in generali.
Pillule ſine quibus eſſe nolo nicolai.
De euforbio Meſue.
De lapide armeno Meſue.
De mezereon. meſue.
Pillule cochie raſiſ capitulo de dolore capitis a materia frigida
Pillule bichichie Meſue capitulo de cura tuſſis ſicce.

Digitized by Google

De conſeruis de zuccaro.
Conſerua roſata. id eſt ex roſis facta ⁊ vocatur zuccarum roſatum.
Conſerua diaboraginata.
Bugloſſata.
Violata.
Melliſſata.
Maluata valens ad aſma. Et omnes predicte conſue ſiunt ſicut dixi de roſata poteſt fieri de floribus: ⁊ de folijs:

De conſeruis de melle.

Mel roſatum colatum.
Mel violatum.
Maluatum.
Seneſtratum.
Aqua mellis ⁊ dicitur ydromel.
Rodomel. id eſt mel roſatum cum foliis.
Mel nucum ad aſperitatem gutturis ⁊ ſqnancie.
Mel cãne valet ad tuſſim ⁊ aſperitatem gutturis ⁊ pectoris: ⁊ ex eo fit zuccarum.
zuccarum rubeum: ⁊ eſt valde abſterſiuum ⁊ mundificatiuum.
zuccarum vnius cocte.
zuccarum duarum coctarum.


De ſpeciebus candi.

zuccarum candi.
Candi roſati.
Candi violati.
Candi citrati.
Candi de ribes.

Compendium aromatariorum Saladini principis tarenti digniſſimi medici: diligenter correctum et emendatum: Impreſſum in almo ſtudio Bononienſi: per me Benedictum ectboris librario: feliciter finit. Anno domini. Mcccclxxxviij. die xij. martij: ſub diuo Johãne bentiuolo.

Regiſtrum.

a	d
Domini Saladini	cationibus
uitoris in quo	differentia
trifarmacum	ſed oportet
b	e
primo capitulo	conſcientia
in aqua	abſinthium
antidotarium	os dattilorum.
c	
⁊ vbi ſunt	
collige	
matariorum	



BIBLIOTECA

Digitized by Google